BnF Gallica

# Études critiques sur les sources de l'histoire mérovingienne. La Compilation dite de "Frédégaire" / par M. Gabriel [...]

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

BnF Gallica

Monod, Gabriel (1844-1912). Auteur du texte. Études critiques sur les sources de l'histoire mérovingienne. La Compilation dite de "Frédégaire" / par M. Gabriel Monod,... et par les membres de la conférence d'histoire. 1872-1885.

**1/** Les contenus accessibles sur le site Gallica sont pour la plupart des reproductions numériques d'oeuvres tombées dans le domaine public provenant des collections de la BnF. Leur réutilisation s'inscrit dans le cadre de la loi n°78-753 du 17 juillet 1978 :
- La réutilisation non commerciale de ces contenus ou dans le cadre d'une publication académique ou scientifique est libre et gratuite dans le respect de la législation en vigueur et notamment du maintien de la mention de source des contenus telle que précisée ci-après : « Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France » ou « Source gallica.bnf.fr / BnF ».
- La réutilisation commerciale de ces contenus est payante et fait l'objet d'une licence. Est entendue par réutilisation commerciale la revente de contenus sous forme de produits élaborés ou de fourniture de service ou toute autre réutilisation des contenus générant directement des revenus : publication vendue (à l'exception des ouvrages académiques ou scientifiques), une exposition, une production audiovisuelle, un service ou un produit payant, un support à vocation promotionnelle etc.

CLIQUER ICI POUR ACCÉDER AUX TARIFS ET À LA LICENCE

**2/** Les contenus de Gallica sont la propriété de la BnF au sens de l'article L.2112-1 du code général de la propriété des personnes publiques.

**3/** Quelques contenus sont soumis à un régime de réutilisation particulier. Il s'agit :

- des reproductions de documents protégés par un droit d'auteur appartenant à un tiers. Ces documents ne peuvent être réutilisés, sauf dans le cadre de la copie privée, sans l'autorisation préalable du titulaire des droits.
- des reproductions de documents conservés dans les bibliothèques ou autres institutions partenaires. Ceux-ci sont signalés par la mention Source gallica.BnF.fr / Bibliothèque municipale de ... (ou autre partenaire). L'utilisateur est invité à s'informer auprès de ces bibliothèques de leurs conditions de réutilisation.

**4/** Gallica constitue une base de données, dont la BnF est le producteur, protégée au sens des articles L341-1 et suivants du code de la propriété intellectuelle.

**5/** Les présentes conditions d'utilisation des contenus de Gallica sont régies par la loi française. En cas de réutilisation prévue dans un autre pays, il appartient à chaque utilisateur de vérifier la conformité de son projet avec le droit de ce pays.

**6/** L'utilisateur s'engage à respecter les présentes conditions d'utilisation ainsi que la législation en vigueur, notamment en matière de propriété intellectuelle. En cas de non respect de ces dispositions, il est notamment passible d'une amende prévue par la loi du 17 juillet 1978.

**7/** Pour obtenir un document de Gallica en haute définition, contacter
**utilisation.commerciale@bnf.fr**.

# BIBLIOTHÈQUE

## DE L'ÉCOLE

# DES HAUTES ÉTUDES

PUBLIÉE SOUS LES AUSPICES

DU MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE

---

## SCIENCES PHILOLOGIQUES ET HISTORIQUES

---

**SOIXANTE-TROISIÈME FASCICULE**

ÉTUDES CRITIQUES SUR LES SOURCES DE L'HISTOIRE MÉROVINGIENNE,
DEUXIÈME PARTIE : LA COMPILATION DITE DE « FRÉDÉGAIRE »
PAR M. GABRIEL MONOD, DIRECTEUR A L'ÉCOLE DES HAUTES ÉTUDES
ET PAR LES MEMBRES DE LA CONFÉRENCE D'HISTOIRE.

PARIS
F. VIEWEG, LIBRAIRE-ÉDITEUR
67, RUE DE RICHELIEU, 67
1885

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

# ÉTUDES CRITIQUES

SUR LES SOURCES

DE

# L'HISTOIRE MÉROVINGIENNE

# ÉTUDES CRITIQUES

## SUR LES SOURCES

DE

# L'HISTOIRE MÉROVINGIENNE

PAR

M. GABRIEL MONOD

DIRECTEUR A L'ÉCOLE DES HAUTES ÉTUDES

ET PAR LES MEMBRES DE LA CONFÉRENCE D'HISTOIRE

---

DEUXIÈME PARTIE

## LA COMPILATION DITE DE « FRÉDÉGAIRE »

PAR M. GABRIEL MONOD

TEXTE

PARIS

F. VIEWEG, LIBRAIRE-ÉDITEUR

67 RUE RICHELIEU 67

1885

L'étude critique qui sert d'introduction au texte de la compilation dite de « Frédégaire » sera prochainement publiée avec une pagination en chiffres romains. Elle formera un fascicule qui devra être relié avec le texte.

Le texte que nous publions est la reproduction du manuscrit de la Bibliothèque Nationale de Paris, fonds latin 10910, source unique de tous les autres manuscrits connus de la compilation.

Paris, mai 1885.

G. MONOD.

# ERRATUM.

Page 9, ligne 26. *Supprimez les : entre* Frigiam *et* alciorem.

16, 29, *note* 8. *La note* 8 *se rapporte à* ipsi *de la ligne précédente.*

19, 24, *note* 9. ex$^{a}$, *corrigez* e x$^{a}$, *se rapporte à* x$^{a}$, l. 24.

19, 29. cubita II, *corrigez* cubita $\overline{\text{II}}$.

25, 21, *note* 9. iuxit, *corrigez* uixit. *Le numéro de la note dans le texte doit se placer après* Enos.

36, 31. *Supprimez le point entre* Æneas *et* et.

81, 9-10. Ab Vccelenum, Vcceleno, *corrigez* A Buccelenum, Bucceleno.

102, 36. Guntramnu, *corrigez* Guntramnus.

142, 24, *note* 13. Oblosanii, *corrigez* Tolosanii.

171, 11. scriptorese, *corrigez* scriptores e.

NOTA. — Les notes qui se trouvent au bas des pages sont la reproduction des corrections faites au manuscrit, la plupart au IX$^{e}$ siècle.

# TEXTE

# COMPILATION DITE

DE

# FRÉDÉGAIRE

REPRODUCTION LITTÉRALE DU MS. 10910 DU FONDS LATIN DE LA BIBLIOTHÈQUE NATIONALE.

## BREVIARIVM SCARPSVM EX CHRONICA EVSEBII, HIERONIMI, ALIORVMQVE AVCTORVM A QVODAM ADATIO [1].

I. De inicium mundi, quod homo primus Adam condetus est.
II. De diluuium quod factum est.
III. Diuisio terrae tribus filies Noe.
IIII. De confusione linguae gencium septuaginta et duo.
V. De gentes quae fuerunt ex genere Sem, Cam, et Iafed.
VI. De gentes nominatem in qua parte unaqueque consedit.
VII. De declarationem habetaciones gencium.
VIII. De nomina insolarum quae sunt princepalis.
VIIII. De nomina gentium ubi nuper consederunt.
X. De nomina montium et flumina magnorum.
XI. De filies Noe in trebus partebus saeculum trepertitum.
XII. De inicium ordenes generationes Abrahae.
XIII. De egressionem Israhel ex AEgypto et ingressum eorum in terra Canaan.
XIIII. De inicium regum Israhel.
XV. De captiuetate quem Nabagodonosor rex de Iudaeis fecit.
XVI. De regressione Iudaeorum Hierusolimis per Cirum.
XVII. De passionem Domini et pasca.
XVIII. De reges Persarum et tempore Cyri.
XVIIII. De nomina creaturae Adam.
XX. De transmigracionem Babilloniae.
XXI. De nomina profetarum.
XXII. De nomina regum Israhel.
XXIII. De Macedonum regis iuxta Alexandrinus.
XXIIII. De inicium imperatores [2].
XXV. De episcopus Romensis [3].
XXVI. Post haec scarpsum ab Adam usque Noe, a Noae usque Abraham, deinde iudecum [4], post haec regum Israhel, et AEgyptium, [5] et inperatori [6] Romanorum usque AEraglium [7].

[1] *Ce titre a été ajouté au IX^e s. au-dessus des deux premières pages, et cette première table tout entière paraît ajoutée après coup.* [2] inicio imperatorum [3] episcopis Romanis [4] iudicum [5] AEgyptiorum [6] inperatorum [7] ad Eraglium.

# I

## LIBER GENERATIONIS.

I [1]. Ab Adam usque ad ordinem quae contenetur in huius uolumine libri.

II. Denumeratio temporum et annorum. Generationis saeculi usque in hunc diem.

III. Terrae diuisio tribus filiis Noe.

IIII. Declaratio gentium, quae ex quibus factae sint, et quas singuli terras et ciuitates sortiti sunt.

V. Quantae insolae clare, qui ex quibus gentibus transmigrauerunt.

VI. Quod [2] flumina nominata.

VII. Quod [3] montes nominati.

VIII. Quod [4] iudices, qui quod annis populum iudicauit.

VIIII. Quod [5] regis [6] in tribu Iuda, et quis quod [7] annis regnauit.

X. Declaratio paschae, et quis quando seruauit ex temporibus Moysi usque in hunc diem. (f. 1, v°.)

XI. Regis [8] Persarum a Cyro, et quis quod [9] annis regnauit.

XII. Regis [10] Macedonum ab Alexandro, et quis quod [11] annis regnauit.

XIII. Imperatores Romanorum ab Augusto, et quis quod [12] annis regnauit.

XIIII. Tempore [13] Olympiadum ab Ipito usque in praesentem Olimpiadem.

XV. Nomina patriarcharum a [14] generatione [15]; nomina prophetarum.

XVI. Mulieres prophetissae.

XVII. Nomina regum Hebreorum et regum qui in Samaria regnauerunt supra decem tribus, et quis quod annis regnauit.

XVIII. Nomina sacerdotum.

XVIIII. Nomina emperatorum Romae, et quis quod annis praefuit.

[1] *Les chiffres ont été ajoutés après coup.* [2] *a* [5] quot [6] reges [7] quot [8] reges [9] quot [10] reges [11] *et* [12] quot [13] tempora [14] ac. [15] generationes.

Quoniam quidem oportit instructum esse ueritatis, necessarium exaestemaui, frater carissime, hoc in breue de sanctis scripturis facere sermones ad conroborandam doctrinam, ut per paucas enarrationis, (f. 2.) non sine causa inquisitas, uirtutes ueritatis citius agnuscamus,abscidentes prius indoctorum generatam contentionem quae obumbrant[1] sensum huiuscemodi indoctum edoceat. Summa autem cum industria peruidere cupientes iuxta ueritatem cognuscemus gentium diuisionem, et parentum denumeratam generationem, inhabitationes quoque, tempora et bellorum commissionis, et iudicum tempora, despensationes et regum annos et prophetarum tempora, quia et et quibus regebus[2] nati sunt, quales captiuitates populi, quibus regibus, et quibus iudicibus contigerint, quique sacerdotes quibus temporebus fuerint, et quae diuisio et quae perditio facta sit, quo autem modo generatio seminis Israhel de patribus in Christo conpleta sit, et quod quantique per quanta (f. 2, v°.) tempora dinumerentur anni a creatura saeculi usque in hunc diem. Extimauimus autem, incipientes a Genesi, iuxta uerbum[3] ostensionem, sicut expetit, declarare, non ex nostra quadam parte, sed ex ipsis sanctis scripturis testificari; hinc occursionem arripientes iuxta ordinem de Genesi sermonem facimus.

EXPLICIT PRAEFATIO. INCIPIT NARRATIO PRAEFATIONIS. FILI SEM.

Liber generationis hominum. Quo die fecit Deus Adam, ad imaginem Dei fecit eos. Vixit autem Adam ann. cxxx, et genuit Seth. Vixit autem Seth ann. ccv, et genuit Enos. Vixit Enos ann. cxc, et genuit Cainan. Vixit Cainan ann. clxx, et genuit Melelehel. Vixit Melelehel annos clxii, et genuit Thareth. Et uixit Thareth (f. 3.) ann. clxii, et genuit Enoch. Vixit Enoch ann. clxv, gennuit Matusalam. Vixit Matusalam ann. cxvii, et genuit Lamech. Vixit Lamech ann. clxxxviii, et genuit Noe. Et erat Noe annorum d,[4] genuit tres filios: Sem, Kam, et Iapht.

Post annos autem c postquam genitus est Sem, fit diluuium, cum esset annorum sexcentorum Noe. Fiunt ergo, ab Adam usque ad di-

[1] obumbrat [2] regibus [3] ueram [4] et g.

luuium generationis xi, anni iiccxlii. Iste sunt generationis [1] Sem. Sem cum esset ann. [2] c Arfaxat ann. ii post diluuium; et uixit Arfaxat ann. cxxxv, et genuit Cainan. Vixit Cainan ann. cxxx, et genuit Sala. Vixit Sala ann. cxxx, et genuit Eber. Vixit Eber ann. cxxxiiii, et genuit Falech. Vsque ad hanc [3] generationes v, ann. dxxviiii; ab Adam generationis xv, anni sunt iidcclxxi. (f. 3, v°.)

Deuisio terrae tribus filiis Noe. Post diluuium Sem, Kam, et Iafeth, trium fratrum tribus deuisae sunt: et Sem quidem primogenito a Persida et Bactris usque in India longe usque Rinocoriris est; Kam autem secunda a Rinocoriris usque Cariraat. Iafeth autem tertio a Media usque Gadira ad Borram. Habet autem Iafeth flumen Tigridem, qui diuidet Mediam et Babylloniam; Sem autem Eufratam, et Kam Geon, qui uocatur Nilus.

Confuse sunt autem linguae post diluuium. Erant autem quae confusae sunt linguae lxxii, et qui turrem aedificabant, erant gentes lxxii quae etiam in linguis super faciem totus terrae diuisae sunt. Nebrot autem gygans, filius Chus Ethiopy, in escam Medis uenando submenistrabat [4] bestias in cibum.

Vocabula autem lxxii [5] haec sunt. Filii Iafeth: Gamer, (f. 4.) ex quo Cappadoces, Magog de quo Geltae [6] et Galatae [7], Made de quo Medi, Iuan de quo Greci et Hiones, Thobel unde Ettaliensis, Moroc unde Yllirici, Tyras unde et Traces, Cetthin unde Trociane, Frigiiae, Macedones. Et filii Gamer: Ascanaz de quo Sarmatae, Rufan dae quo Sauromatae, Togor de quo Armini. Et filii Iuuan: Elisan inde Siculi, Tharsis ex quo Hiberi, qui et Tirreni, Cythii de quo Romani, qui et Latini, Rodiuiui et Priami; omnes xv. De his exteterunt insulae gentium, sunt autem Cypri ex Cythiensibus. Ex Iafeth siquidem inuenimus et eos qui sunt ad Borram ex ipsis de ea tribu Cythiensium. Sunt autem ex ipsis etiam gentes quae sunt in Etiada, praeter eos qui postmodum aduenerunt ibi; regis qui habitauerunt (f. 4, v°.) ciuitatem quae apud Grecos honoratur Athenas, et Thebateorum, quoniam Sidoniorum sunt hii habitatores, et quicumque sunt alii similiter post haec apud Helladam transmigrauerunt; cognuscemus autem haec ex lege et prophetis. Erant ergo de Iafeth ad confusionem turris tribus xv, et heae gentes Iafeth a Media usque Vesperum Oceani diffusae sunt adtendentes usque ad Borram. Hii

[1] generationes [2] C genuit [3] hunc [4] subministrabat [5] lxxii filiorum [6] Gelthae [7] Galathae.

filii Iafeth: Medi, Albani, Gargani, Arrei, Armoeni, Amaiones, Choli, Corzeini, Benaginae, Cappadoces, Paflagonis, Mariandeni, Tibarensis, Kalibes, Mossynnoti, Cholchi, Melanceni, Sarmatae, Saurobace, Meothes, Scithes, Taurii, Traces, Bastarni, Illuri, Medonis, Hellenes, Greci, Libies, Histri, Vieni, Dauni, Dapues, Kalabri, Opici, Latini (f. 5.) qui et Romani, Tirrini, Galli qui et Caltae, Libiestini, Celtiberi, Heberi, Galli Aquitani, Illuriani, Basanotes, Cyritani, Lusitani, Voccei, Cuniensis, Brittonis qui et in insulis habitant; qui autem eorum nouerunt litteras hii sunt: Heberi, Latini qui et uocantur Romani, Hispani, Greci, Medi, Armoem.[1] Sunt autem fines eorum ad Borram usque Gadira, a Pudameda fluuio usque Mastusiadilion. Terrae autem eorum hae sunt: Media, Albania, Amazonia, Armoaena minor,[2] Armoenia maior, Cappadocea, Paflagonia, Calatia, Collis, Indice, Bosforina, Mediaderis, Sarmacia, Tauriana, Schitia, Basternia, Trachia, Macedonia, Dalmatia, mollis Thessalia, Locria, Boetia, Betolia, Attica, Achaia, Pellinia quae appellatur Peloponensus, Acarnea, (f. 5, v°.) AEpirocia, Ylliria, Euchnitis, Adriace ex qua pilagus Adriaticum, Gallicia, Lusitania, Italia, Thugene, Massilia, Celtes, Gallia, Ispano Galia, Vberia, Hispania maior; hucque definit terra Iafeth usque ad Brittanicas insulas, omnes ad Borram respicientes. Sunt autem his et insulae iste: Brittanice, Sicilia, Euboe, Arlodoscius, Lesbus, Cetera, Iacinctus, Cefalenia, Iabech, Corchira, et Cyclates insulae, et pars quaedam Asiae, quae appellantur Ionia. Flumen est autem his Trigris[3] diuidens inter Mediam et Babylloniam; hii sunt fines Iafeth. Filii autem Cham: Chus ex quo Etpes, Metram ex quo AEgyptii, fuit de quo Troglodiaeae, Canhaan de quo Afri et Finices. Et filii Chus: Saba, AEuigilat, Sabat, Regma, et Sabachata. Filii autem Regma: Saba (f. 6.) et Dedan, et Chus genuit Nebroth, et AEgyptiorum patriae cum Estraim patrem ipsorum VIII. Dicit enim et Mestraim genuit Ludiin unde Lidii, Enemiin de quo Paphyli, Labain de quo Laboes, Neptoin et Patrosonim unde Cretis, Casloin unde Licii, unde exierunt Phylistini, et Captoroin unde Cilices. Cananeorum sunt patriae cum patre eorum XII. Dicit enim et Canaham genuit Sidona primogenitum ex quo Sidoni, et Cetheum, et Hiebuseum, et Amorreum, et Gergesseum, et Auruchaeum, et AEueum, ex quo Trepo-

[1] Armoeni [2] Armoaema [3] Tigris.

litae, et Araeneum, et Aradium, unde Arain, et Samarleum, et Amati unde Amatus. Est autem habitatio eorum a Rinochoriris usque Gadirat. Ex his autem nasantus reges vel gentes: AEthiopes, Trogloditae, Aggei, Isabin, Hictiofagi, Bellanii, (f. 6, v°.) AEgyptii, Fimces, Libies, Marmarede, Carifallitae, Misii, Moyssinnoeti, Friges, Magones, Bittinii, Nomades, Licii, Mariandeni, Pamphyli, Myrisudi,[1] Pysidini, Lycalli, Cylices, Maurusii, Cretae, Magartae, Numidae, Macrones, Nasomones; hii possident AEgyptum usque ad Oceanum. Sunt autem insulae in his communis haec: Corsola, Lupadus, Gaudius, Meletae, Cercenna, Menis, Gardinia, Galata, Corsona, Cretae, Gaulus, Reda, AEthera, Careacus, Astipalatius, Lesbius, Temedus,[2] Ymbrus, Iassus, Chobus, Chinidus, Nisurus, Inigistae[3], Ceprus. Qui autem eorum sunt litterati hii sunt: Finices, AEgyptii, Pamphyli, Friges. Sunt autem fines Cham a Rinochoriris, quae diuidit Syriam et AEgyptum, usque Garira in longum. Nomina autem gentium haec sunt (f. 7.): AEgyptus, AEthiopia quae tendit aduersus Indiam, et altera Ethiopia, unde profeciscitur flumen AEthiopum, Erytra quod est rubrum adtendens ad Orientem; Thebiae quae extendit usque Cyrinem[4] Marmaris Syrtes, habens gentes: Nasomonas, Macas, Tantameos; Libia, e qua Lypti extendit usque minorem Syrtem; Numidia, Masseria, Mauritaniam quae extendit[5] Herculeas, quod est Heracleoticas stellas contra Gadiram. Habet autem ad Borram maritimam Cyliciam, Pamphiliam, Pysidiam, Misiam, Licaconiam, Frigiam, Kamaliam, Lyciam, Cariam, Lydiam, Misam aliam, Troadem, Aolidem, Pitiniam uecterem[6], Frigiam: alciorem. Habet etiam insulas has: Sardomam, Cretam, Cyprum, et flumen Geon, qui appellatur Nilus (f. 7, v°.) diuidit autem inter Cham et filios Iafeth usu uespertini maris. Haec media Cham generatio. De Sem autem, seniore filio Noe, tribus cogniti xxv. Hii ad Orientem inhabitauerunt filii Sem: Elam de quo Elimei[7], et Assir de quo Assiri, et Arfaxat unde Caldei, et Ludiin unde Lazonis, et Aram unde Cytes priores: hos excidit Abraham. Et filii Aram: Osceun de quo Lidii, et Gaster de quo Gasfini, et Mosoc unde Massini. Et Arfaxat genuit Salam; Salam genuit Heber, unde Hebrei; et Heber nati sunt duo filii: Falet et Deboc, unde ducitur genus Abraham, et Tacten et Lectan. Iectan autem genuit Helmo de quo Indii, et Salef de quo Bactriani, et

[1] Mynsudi [2] Tenedus [3] Ingistae [4] Cyrinen [5] usque H. [6] ueterem [7] Helimei.

Asarmoth de quo Arabes priores, et Cyduran de quo Kamei, et Derra de quo Mardi, et Ezeh de quo Arriani (f. 8.) et Declam de quo Cydrusi, et Gebal de quo Sciti prioris, et Abimelech de quo Hyrcani, et Sabat unde Arabi primi, et Eufer de quo Armoenii, et Euuilat unde genus fuit Helii, omnes Bactriani. Omnes autem de tribu filiis Sem. Noe [1], sunt LXXII. Omnium autem filiorum habitatio est a Bactris usque Inocoriris [2] quae diuidit Syriam et AEgyptum, et Rubrum mare ab ore Arsinoes quae est Indiae.

Haec sunt autem quae sunt factae ex his gentes : Hebrei qui Iudaei, Persae, Medi, Paenes, Arriani, Assirii, Indii, Magardi, Parti, Germani, Helimei, Cessei, Arabes primi, Cedrosiae, Scitae [3], Arabes ultra, sapientes qui dicuntur Gymnosofistae, nudi [4] sapientes. Habitatio autem eorum usque Rinochorusa et Cylicia. Qui autem eorum nouerunt litteras hii sunt: Iudaei, Persae, Medi, Chaldaei, Indi, Assirii. Est autem habetatio eorum, id est filiorum Sem, in longum quidem, ab India usque Rinochorura; lata autem, a Persidae et Bactris usque Indiam. (f. 8, v°.) Vocabula autem eorum haec sunt: Persis, Bactrianae, Hyrcaniae, Babilonia, Cordulia, Assiria, Mesopotamia, Arabia uetus, Alimadas, India, Arabia eudemon, Coelesyria, Commagena et Finicia, quae est filiorum Sem. Gentes autem quae linguas suas habent, haec sunt: Hebrei, qui et Iudaei, Assirii, Chaldaei, Persae, Medi, Arabes, Madiam [5], Adiabeneci, Tadenici, Alamorsyni, Sarracleni, Magi, Caspii, Albani, Indi, Etiophis, AEgyptii, Labies, Cetthei, Cananei, Ferezei, Euei [6], Gergessei, Gebraei, Idomei, Samaritae, Foemces, Syri, Caelices, Tarsensis, Cappadoces, Armoenii, Hibeni, Libram, Scitae, Solchi, Sanni, Bosforani, Asiani, Hisauriensis, Lycaonis, Pysidae, Galatae, Paflagonis, Frigis, Achaia, Thessali, Macedonis, Traces, Misi, Bessi, Dardani, Sarmatae, Germani, Pannonii, Peones, Norici, Dalmatae, Romani qui et Latini, Lygires, Galli qui et Celtae, Aquitani, Bruttanni [7], Hispani qui et Terreni, Mauri, Baccuates, et Massennas, (f. 9.) Getuli, Afri qui et Barbaris, Machizei, Caramantes qui et Marmaredae, qui usque AEthiopiam extendunt.

Necessarium autem putaui ut inhabitationes gentium et cognominationes declarari. Incipiam autem ab Oriente. Persarum et Medorum inhabitatores: Parti et uicinae gentes pacis usque Siriam

[1]Filii Noe [2] Rinocoriris [3] Scithae [4] nodi *corr. en* Medi [5] Madiani [6] Euei, Amorrei [7] Bryttanni.

coele; Arabum inhabitatorum : Arabes eudemones, hoc enim nomine appellantur Arabia eudemones; Chaldeorum inhabitatores Mesopotamini; Madianensium inhabitatores Cynedocolpitae, et Trocoditae, et Ictiofagi. Grecorum autem gentes uocabula quinque : Ionas, Arcades, Beoti, AEoli, Lacones. Horum inhabitatores fuerunt : Pontici, Bitini, Troes, Asyani, Cari, Legii, Pamphyli, Cyrenei. Et insulae plures, id est Cyclades quidem XI, quae Mirti [1] pelagum continent; haec sunt autem nomina eorum : Andrum, Tenuem, Theo, Naxus, Geos, Gyarus, Syfnus, Ranea, Cyrnos, Maraton. Sunt autem et aliae insules maiores XII, quae etiam ciuitatis habent plurimas (f. 9, v°.), quae dicuntur Hispotes, in quibus habitauerunt Greci; haec sunt autem nomina eorum : Euboea, Cretae, Sicylia, Cyprus, Cons, Samus, Chodus, Cyus, Tapsus, Lemnus, Lesbus, Samotraces. Est autem a Boetia, Eoboea, sicuti ab Ione Ionides ciuitates XVI; hae: Cladiomena, Mitilenae, Focea, Prieni, Erit, Samus, Theos, Colofontius, Efisus, Zamirna, Perintus, Byzancium, Colcedon, Pontus et Amisos liber. Romanorum, qui et Cithiensium, gentes et inhabitationes haec sunt : Tuschi, Emeliensis, Picens, Campani, Apoliensis, Lucani. Aforum gentes et inhabitatores haec sunt : Lepdini, Cyti, Numidae, Nasomon, Hessei [2]. Insulae autem haec sunt quae habentes ciuitates : Sardinia, Corsica, Girda quae et Benigga, Cercina, Galata. Maurorum autem gentes inhabitationes haec sunt : Musulani, Tingitani, Caesariensis. Hispaniorum autem gentes et inhabitationis haec sunt : Tyranni et Turrenorum (f. 10.), qui et Terraconensis, Lysitani, Betici, Autriconi, Vascones, Gallici qui et Astures. Insulae autem quae pertinent ad Spaniam Terraconensem tres sunt, qui et appellantur Valliriacae. Habent autem ciuitates quinque, has : Eboso, Palmae, Pollentia, quae dicetur Maiorica, Thomenae, Magonae, quae appellatur Minorica. Earum inhabitatores fuerunt Cananei fugientes a faci [3] Hiesu fili Naue; nam et a Sidona qui condederunt et ipse Kananei Sidonii et qui Pannia condederunt et ipsi Kananei. Gadis autem Iebussaei condiderunt et ipse [4] similiter profugi. Gallorum autem Narbonensium gentes et inhabitationes : Amaxobi, Greco Sarmatae; et hos autem necessarium fuit declarare tibi, ne ignotarum gentium uocabula, et gentes, et manifesta flumina ignorares.

Incipiam ergo dicere de gentibus ab Oriente. Adiabenichi et

[1] Myrti [2] Hersei [3] facie [4] ipsi,

Tadeni contra Arabiam, Saraceni, Saraceni alii et Adenus contra Arabiam, Albani (f. 10, v°.) contra Figias[1], Caspias, Madianitae maiores, quod expugnauit Moyses inter Mesopotamiam et mare Rubrum; minor autem Madiam est contra mare Rubrum iuxta AEgyptum, ubi regnauit Ragohel socer Moysi, qui et Getthor. Contra Cappadoces a parte dextera Armeni, Hiberi, Birranae, Scitae, Colchi, Bosforani, Sani qui appellantur Sannices, usque Pontum extendentes, ubi est Accessus, Absarus et Sebastobolis, et Yssillime quod est portus, et Pasius flumen, usque Trapezonto x extenduntur haec gentes.

Montes autem sunt nomenati xii: Caucasus, Taurus, Athlans, Parnasus, Cytiron, Helicon, Parthenius, Nisa, Lucapantus, Penthus, Olympus, Libanus. Flumena autem sunt magna et nomenata xli: Ydos qui et Fison, Nilus qui et Zeon, Tigris, Eufrates, Iordanis, Cefisos, Tanaer, Menorrius, Borustenes, Alfius, Taurus[2], Eorota, Meander, Hermus, (f. 11.) Axius, Piramus, Baius, Ebron, Sangarius, Acelbus, Paenitus, Euenus, Sperchiuus, Gaister, Simois, Scamander, Strifon, Parthineus, Ister, Illurius quae et Danubius, Rhenus, Chrodanus, Bistis, Heridanus, Hember qui nunc dicitur Tiberis.

Filiorum igitur Noe trium tripertitum saeculum diuisorum. Et quidem Sem primogenitus accipit Orientem Kam autem Mediterraneam, Iafeth Occidentem.

Et ostensis gentibus, quae de quo creatae sunt, necessario decurrimus ad annos. Falech ann. cxxx genuit Ragau. Ragau ann. cxxxii genuit Seruch. Seruch ann. cxxx genuit Nagor. Nagor ann. lxxviiii genuit Tarran. Tara ann. lxx genuit Abratham[3]. Abraham autem erat ann. lxxv quo tempore dixit illi Deus ut exiret de terra sua, et de domo patris sui, et ueniret in terra Chanaan. Fiunt igitur a diuisione usque quo uenit Abraham in terra Canaan generationes v, anni dcxvi; ab Adam autem generationes xx, anni iiiccclxxxiii, dies iiii. Conuersatus est autem (f. 11, v°.) Abraham in terra Chanaan ann. xxvi, et genuit Isaac. Isaac autem ann. lx genuit Iacob. Iacob ann. lxxxviii genuit Leui[4] ann. xl genuit Gath. Gath ann. lx genuit Abram. Abram ann. lxx genuit Aaron.

In octuagesimo autem et tercio anno Aaron, egressi sunt filii Israel de AEgypto, educente eos Moyse. Fiunt igitur omnes anni

[1] Frigias [2] Tauros [3] Abraham [4] Leui. Leui

CCCCXXX. In deserto XL ann. fecit populos sub Moysen. Hiesus Naue transito Iordane fecit in terra ann. XXXI, bellum agit ann. VI, et postquam possedit terram uixit ann. XXV. Fiunt ergo, ex quo Abraham uenit in terra Chanaan usque ad mortem Hiesu Naue, generationes numero VII[1], anni DI; ex Adam autem generationes XXVII, anni IIIDCCCLXXXI. Post mortem uero Hiesu, peccans populus traditur Cusarsaton regi Mesopotamiae, cui seruiuit ann. VIII; et cum clamasset ad Dominum, exsurrexit Gothonehel, frater Caleb iunior, de tribu Iuda, qui denuntiauit ipsi Cusarsaton, et occidit illum, et gessit ducatum populi ann. XXXIII. (f. 12.) Et iterum dum peccaret, traditus est Eglon regi Moab, et seruiuit illis[2] ann. XVIII. Conuerso autem populo surrexit Aod, uir de tribu Efrem, et occiso Eglon, principatus est populo ann. LXXX. Mortuo autem Aod, delinquens populos traditus est Iabin regi Chananeorum, cui seruiuit ann. XX. Sub eo prophetabit Debbora[3] uxor Arido, de tribu Efrem, et per ipsam ducatum gessit Barach Aminoe de tribu Neptalim. Hic denunciabit Iabin regi, et uicit eum, et regnauit iudicanti cum Debbora ann. XL. Post cuius mortem peccauit populos, et traditus est Madianeis ann. VII; super quo surrexit Gedeon de tribu Mannasse, qui in CCC uiris CXX milia hostium perdedit. Hic rexit populum ann. XL. Huius filius Abimelech post hunc praefuit populo Thole filius Fale, fili Caram, de tribu Efrem ann. XX. Post hunc iudicat Iaer Galaidites de tribu Manasse, et praefuit ann. XXI. Post hunc peccans populus[4] traditus est Admanithes ann. XVIII; et cum clamassit ad Dominum (f. 12, v°.) surrexit illi princeps Galadita de tribu Gath, de ciuitate Masefath, et gessit ducatum ann. VI. Post hunc iudicauit Allon Iabolonita ann. VII. Post hunc iudicauit Elon ann. X. Post hunc iudicauit Hebron filius Alleion Farathonoin de tribu Efrem ann. VIII. Post quem peccans populos traditur Allofilis per ann. XL. Post haec conuersis filiis Israel, surrexit Samson filius Manoe de tribu Dan; hic debellauit Allofilos, et gessit principatum ann. XX. Post hunc Heli sacerdos iudicauit ann. XX.

Post Samuhel propheta unxit Saul in regem, et ipse iudicabit populos ann. LXX. Post tempus cum regnaret Dauid, eduxit arcam de domo Amniadab, et diuertit uitulum, et cum reuerteretur, opposuit manus filius Aminadab nomine Ozia, et percussus est et timuit Dauid, et induxit illam in domum Abethtdarath Getthei, et

[1] VIII [2] illi [3] Debborra [4] populos.

fecit ibi menses III. Regnauit autem Saul ann. XXX. Erat autem illi dux Abner filius Ner. Ipse autem Samuhel Dauid unxit in regem (f. 13.) Fiunt igitur, ab Hiesu usque quo conuersus suscepit Dauid regnum, de tribu Iuda, generationes VIIII, anni CCCCLXXX; ab Adam autem generationes XXXIIII, anni $\overline{\mathrm{IIII}}$CCCLXIIII. Et deinceps regnauit Dauid ann. XL, mensis sex : in Cebrona autem regnauit ann. VII, mensis VI, et in Hierusalem ann. XXXIII. Sub hoc sacerdos Abiathar filius Abimelech ex genere Heli, et ex alia patria Sadoc. Prophetabant autem temporibus Dauid Gad et Nathan. Erat autem ipsi Dauid dux Ioab filius Saruiae, sororis Dauid. Hic denumerat populum : erat autem numerus quos denumerauit filios Israel : milies cencies milleni; filii autem Iuda quadrinentiis septies milleni. Leui autem et Beniamin non dinumerauit. Numerus autem eorum qui ceciderunt ex Israel LXX. Post Dauid autem regnauit Salomon, filius eius, ann. XL; et sub ipso adhuc Nathan propheta et Achias ex Selon, et inter eos sacerdos Sadoc. Post Salomonem regnauit Roboam filius eius ann. XVIII. Sub hoc diuisum est regnum, et regnauit in Samaria Geroboam seruus Salomonis, de tribu Eufem. Prophetauit autem (f. 13, v°.) et sub Geroboam Achias Selonites, et Sameas filius Helami. Post Geroboam regnauit Abias filius eius ann. XVII. Post Abiam regnauit Asaph, filius eius, ann. XLI. Hic in tempore senectutis pedis doluit. Prophetauit autem sub eo Azarias. Post Asaph regnauit filius eius, Iosafath, ann. XXV. Sub hoc prophetat Heliar, et Micheas filius Emblas, et Abdias filius Annaniae. Sub Michea autem erat pyeudopropheta[1] Sedicia filius Chananei.Post Iosaphat regnauit filius eius, Ioram, ann. XX; et sub ipso prophetat Helias; et post hunc prophetat Heliseus sub filio Ioram Ocozias[2], sub quo populos[3] in Samaria filios suos, stercus columbinum manducandum, regnante in Samaria Ioram. Post Ioram regnauit filius eius Ocozias, ann. I; et sub hoc prophetauit Gothol et Labdone. Post hunc regnauit Ghotolia, mater Ocozie, ann. VIII. Quae exsurgens occidit natos fili[4] sui. Erat enim de genere Acas[5] regis Israel. Soror autem Ocoziae, nomine Zosabiae, cum esset Iuiadae[6] sacerdotis uxor, furata est Ioas filium Ocoziae, cui Iuiadae sacerdos inposuit (f. 14.) regimonem[7]. Prophetat autem sub Gotholia Heliseae[8]. Post hanc regnauit Ioas, filius Ocoziae, ann. XL. Hic interfecit Zaccha-

1 pseudopropheta 2 Ochozias 3 populus 4 nato filii 5 Acaz 6 Euiadae-Euiadae 7 regnum 8 Helisaeus.

riam filium Ioiadae sacerdotis. Post Ioam regnauit filius [1] Amessias ann. VIIII. Post Amessiam regnauit filius eius, Ocias, ann. LII. Hic leprosus fuit usque quo moreretur. Iudicabat autem sub eo Ioatham filius eius Prophetabant autem sub Ozia Amos et Esaias, filius eius, et Osee filius Beeri, et Ionas filius Amathi ex Gofer. Post hoc Oziam regnauit filius eius, Ionathan, ann. XVI. Sub hoc [2] protae [3] Esaias, Osee, Micheas Moratita, et Iohel filius Bathuhel. Post Ioatham autem regnauit filius eius, Agas, ann. XV. Et suo hoc [4] profetae: Esaias Osee, et Micheas; sacerdos autem Urias.

Sub hoc Salmanassas [5] rex Assyriorum eos, qui erant in Samaria, transmigrauit in Mediam et Babylloniam. Post Achas regnauit filius eius Ezechias, ann. XXV. Sub hoc profetae: Esaias, Micheas, et Osee. Post Ezechiam regnauit filius eius Manasses ann. LV. Post Manasse regnauit filius eius, Amos, ann. II. Post Amos regnauit filius eius, Iosias, ann. XXXI. (f. 14, v°.)Hic idola et altarium Samariae dissipauit.Sub hoc pascha caelebratum est anno XVIII regni eius; nam ex quo mortuus est Hiesus, filius Naue, non est seruatum pascha sicut tunc. Sub hoc Celcias [6] sacerdos, pater Hieremiae prophetae, inuenit in sacrario librum leges in XVIII anno Iosie. Prophetabant autem sub eo Olyba, uxor Sillimauestae sacerdotis, et Sofonias et Hieremias. Sub quo pseudprophetae [7] Annanias. Post Iosiam regnauit Sofonias ann. V, menses XI. Post Soofniam regnauit Ioachas, filius eius, mensis IIII. Hunc legauit Nathao [8] rex AEgypti, et adduxit in AEgypto, ordenato in colo [9] eius Heliacim, qui cognominatus est Ioacim, regnauit ann. XI. Sub hoc propheta Hieremias et Buzi [10] et Vrias, filius Sameae ex Cariatharim.

Hunc Nabagodonosor legauit catenis aereis Ioacim regem Iuda, et duxit eum in Babylloniam. Post Ioacim regnauit filius eius, Ioacim, ann. III, et hunc ducit ad eum [11] conpeditum Nabagodonosor rex Babyllonis, et alios cum eo. Per ipsum constituetur in loco eius frater Ioacim, cuius (f. 15.) nomen Sedicias, qui et Ieconias, qui regnauit ann. XI. In anno duodecimo transmigrant illum in Babylloniam, effossis oculis, et populum transduxit cum eo, praeter paucos qui postea in AEgyptum discenderunt. Profetabant autem et sub Sedicia Hierimias et Abacuc. In anno autem VIII regni eius prophetabit in Babylloniam [12] Ezechihel. Post hunc prophetae Naum, et

[1] filius eius [2] quos prophetae [4] sub quo [5] Salmanassar [6] Elchias [7] pseudoprophetae [8] Echo [9] loco [10] Buzite [11] ad eum *exponctué*. [12] Babyllonia.

Machis, et Danihel, qui uidet de LXXII ebdomades in primo anno Darii regis, fili Hasueri, de semine Medorum, qui regnauit super rege[1] Chaldeorum. In primo autem anno regni sui Chyrus demisi[2] redire populum in Hierusalem. Eo autem tempore, quo templum aedificauit, prophetant simul Aggeus et Zacharias. Post quos Neemias, filius Acleli, de semine Israel fabricauit ciuitatem Hierusalem cum esset ab anno Artarumerxis regis; et post hunc secundum Mardoceum[3]. Fiunt igitur, a Dauid usque Sedicia, qui et Ieconiae, transmigrationem, generationes XVIII, anni CCCCLXXVIII, mensis VIIII; ab Adam autem usque in transmigrationem Babylloniae sub Ieconia, (f. 15, v°.) generationes LI, anni IIII DCCC XLII, mensis VIIII; et post transmigrationem Babylloniae usque ad generationem Christi, generationes XIIII, anni DCLX; et a generatione Christi usque ad passionem eius, anni XXX; et a passione eius usque ad hunc annum, qui est XIII imperii Alexandri, anni CCVII. Fiunt igitur omnes anni, ab Adam usque XIII Alexandri imperii annum, anni VCCXXXVIII.

Vt autem aliter ostendamus, non tantum per tempora regum, sed etiam a quo pascha seruatum est, dinumerantes simul et annos, dicimus: Ab Adam usque ad diluuium, anni IICCXLII; a diluuio usque ad Abraam[4], anni ICXLI; ab Abraham uero usque quo exierunt de AEgypto, educente eos Moysi, quando et pascha fecerunt, anni CCCCXXX; ab exodo AEgypti usque in transitu Iordanis, quando Hiesus pascha caelebrauit, sunt anni XLII. Ezechias post ann. CCCCLIIII celebrant[5] pascha. Post Ezechiam, Iosias ann. CXIIII pascha celebrauit. Post Iosiam, Esdras ann. CVIII pascha caelebrauit. Post Esdram, seruat[6] autem generatione Christi, post ann. DLXIII (f. 16.) pascha fit. A generationem[7] autem Christi post XXX ann., cum passus est Dominus, pascha celebratur, ipsi enim erat iustum pascha. A passione autem Domini usque in XIII[8] annum imperii Alexdri Caesaris anni CCVI, seruatum est pascha, quo in commemorationem domini nostri Ihesu Christi seruatur a nobis. Fiunt igitur omnes anni ab Adam usque in hunc diem anni VDCCXXXVIII.

Regis Persarum ex tempore Cyri. Cyrus[9] regnauit Persis ann. XXX. Post hunc Cambises ann. VIIII. Smedius Magus menses VIII. Darius ann. XXXVI. Xerxes ann. XXVI. Astaxerxer[10] Lon-

[1] regna [2] demisit [3] secundo Mardochus [4] Abraham [5] celebrat [6] seruatur [7] generatione [8] ipse [9] Cyros [10] Astarxerers.

gemanus ann. xxxvi; Xaries dies lx; Socdanius men. vii; Darius Notus ann. xviii; Artarxerxes, Cyri iuniores [1] frater, ann. lxii; Ocor, qui et Artarxerxes, ann. xxiii, men. vii; Arses Notus, ann. iii; Darius ann. vii; hic est quem Alexander Macido deposuit in bello quod fuit ininarrabiles [2]. Fiunt omnes anni ccxlv; post quos tempore iam apud Grecos manifeste ex constructione Olympiadum sunt clara. Nam usque ad Alexandrum Macedonum fuerunt Olympiades cxiiii, quod faciunt ann. cccclvi, (f. 16, v°.) ab Ipito qui constituit Olympiades. Ab Alexandro usque ad Christum, Olympiades lxxx, quod sunt anni cccxx. A Christo autem usque ann. xiiii [3] imperii Alexandri, Olimpiades lviii, quod sunt ann. ccxxxvi. Sunt ergo omnes Olimpiades usque ann. xiii Alexandri Caesaris, Olimpiades ccliii, quod sunt anni īxii.

Nomina creaturae.

Adam, Seth [4], Cainan, Malalehel, Iareth, Enoc, Matusalam, Lamec, Noe, Sem, Arfaxat, Sala, Heber, Falec, sub quo diuisa est terra, Ragau, Seruc, Nagor, Thara, Abraham, Isaac, Iacob, Iuda, Faris, Esrum, Aram, Aminadab, Riaasson, Salmon, Boz, Obet, Gesse, Dauid, Salomon, Roboam, Abiam, Ara, Iosafath, Ioram, Ocozias, Ioas, Amessias, Ozias, Ioatham, Acaz, Ezechias, Mannasses, Amos, Iosias. Iosias autem genuit Ionaam et Ioachim et fratres eius, Heliachim qui et Ioachim, et Sediciam qui et Ieconias dictus est, Salum.

In transmigrationem autem Babylloniae Ioachim genuit Ieconiam et Sediciam. Geconias autem genuit Salathiel, Fanneam et Sale. Saret [5] Ieconiam, (f. 17.) Ortamo, et Deebi, et Filifania, Zorobabel et fratres eius, Zorobabel, Melchiam, et Fanuc. Filii autem eius Abiut, et Musolam, et Annanias, et Saladi soror [6] eorum, et Sedbel, et Thoul, et Archia, et Asadia, et Sobosec. AEdificatum est autem sanctoarium tempore Zorobabel. Huius filii Abiit [7], dehinc Eliachim, Azor, Sadoc, Achim, Heliud, Eliazar, Matthan, Iacob, Ioseph, cui disponsata fuit uirgo Maria, quae genuit Iesum Christum ex spiritu sancto.

Prophetarum nomina.

Adam, Noe, Abraam [8], Isaac, Iacob, Moysen, Aaron, Hesu Naue, Heldad et Modat, Natham, Dauid, Salomon et Modap, Achias Silonita, Sameas filius Elam, Annanias, Helias, Micheas filius Emblas, Abdiu,

[1] iunioris [2] inenarrabilis [3] xiii [4] Seth Enos [5] Saret genuit [6] sorores [7] Abiut [8] Abraham.

Helisei, Abladone, Amos, Esaias, Osee filius Beeri, Ionas, Micheas, Rabam, Iohel filius Batueli, Hierimias filius Celciae [1] sacerdotis, Geffonias, Buz, Ezechihel, Vrias, Sameus, Ambacuc, Naum, Danihel, Malachias, Aggeus, Zaccharias. Et sub Christo : Simeon et Iohannis Baptista.

Item mulieres prophetissae : (f. 17. v°.) Sarra, Rebecca, Maria soror Moysi, Debbora, Oliba ; et sub Christo : Anna, Helisabet, Maria quae genuit Christum.

Item nomina regum. [2] Saul de tribu Beneamin. Postquam [3] translatum est regnum in tribu Iuda, Dauid, Salomon, Roboam, Abia, Asa, Iosafath, Ioram, Ocozias, Ioatham, Agaz, Ezechias, Manasses, Amos, Iosias, [4] Ioachim, Heliachim, Sedicias, et Geconias. Sub hoc transmigratio facta est sub Nabachodonosor. Nomina regum qui regnauerunt in Samaria super x tribus, ex quo regnum diuisum est : Hiroboam filius Nabath, ann. xxii. Nabat filius eius ann. ii. Saba filius Achiae ann. xxiiii ; hin [5] uindicauit domum Geroboam. Hela filius Base ann. ii. Zambri ann. xii. Achap filius eius ann. xxii. Ocozias, filius Achap, et Ioram, filius Ieconiae, ann. xii. Sub hoc filius suus [6], stercus columbinum, hii, qui erant in Samaria, manducauerunt. Hieu filius Namsi ann. xxviii ; hic in inicio pius fuit : fecit uindictam super domum Achab, occisis Ioram et Zezabel ; et Ocozias regnauit Iuda. Ioachas. ann. xvii ; Ioas filius eius ann. xvi ; (f. 18.) hic Amessiam regem occidit et destruxit de muro Hyerusalem cobita cccc. Ieroboam filius Ioas ann. xv. Azarias filius Ieroboam men. iii. Selem filius Abia men. i. Vnomane filius Gadi ann. x. Falacias Manae ann. ii. Facnea filius Romeliae ann. x ; hic obsedit Hyerusalem, regnante Achas, non possedit aeam. Esee filius Dale ann. viii. Sub hoc decem tribus transmigratae sunt in regione Medorum a Salmanassar, qui et ipsum Osee conligatum habens habiit, regnante Achas super duas tribus in Hierusalem.

Nomina sacerdotum.

Aaron genuit Eliazar, Finees, Achias, Razaza, Moriat, Amaria, Amittib, Ettis [7], Achinas ; huius filius Helias propheta ; et Salon, Ioram, Amos Ioadae filius, Sedicias, Sedicia, Iohel, Vria, Neem, Salon qui genuit Celciam, cuiius filius Hieremias propheta, et Azarias filius Azanae [8], Sareu, Iosedech qui genuit Hiesum qui fuit sacerdos, cum instauraretur templum post captiuitatem, Celcias,

[1] Elchiae [2] de tribubus [3] Postquam autem [4] tribum [5] hic [6] filios suos [7] Settis [8] Azariae.

Ioachim, Eaeduc. Item alia patria, ex quo fuit Ezechiel propheta, Iode, Fatnea[1], Amorius, Zadcur, Samuhel, Euexia, Melchius, (f. 18, v°.) Salon, Gomorius, Barracim, Soffonias, Masxes, Celcius, Buzi, Ezechihel. Item alia patria, unde Heli sacerdos, cuius Fineis [2] et Ofni rapiebant immolationem. Princeps patriae de filiis Gaad, Achimelech, Habiathar, Vriu, Natan, Helis. Item patria leuiticum unde fuit Samuhel prophete. Chore qui restetit Moysi, filius huius Helchana, Sufenet, Aliap, Zeraam, Chelcana, Samuhel. Huic fuerunt duo fili, munerum acceptatores : Iohel et Habia. Inicium patriae leuuitarum[3], unde sunt sacerdotes, et ministri et leuuitae[4] : Ambram filius Cabaad filius Leui, filius Iacob. Leuui genuit Gesson [5] et Cahaad, et Mereri. [6] Fili autem Gesson [7] Semei et Emeher ; hii filii leuuitae, et filii Cahaad, Ambram, Isaar, Cefron, Odiel. Ambram genuit Moysen et Aaron, et Mariam. Et Aaron genuit ex Helisafit, sororem Naasson, Nadab et Abiud, et Eleazar, et Ithamar. Mortui sunt autem Nadab et Abiud offerentes ignem alienum. Post Aaron Eleazar suscepit (f. 19.) sacerdocium. Post Eleazarum Finies ; Ythamar autem et filii [8] eius Isaar ; Isaar autem frater Ambram et ipse leuuita. Huius filii Chore, et Nabith, et Zazyr ; et filii Core : Air, et Helcana, et Abiasap. Hic Coreb restitit aduersus Moysen et Aaron, et Chao absortus est. In uiris Celcebrum frater Ambram, Aercius, filii eius Misahel, Elisafath, et Setri, et Dile ; hii leuuitae traditi sunt. Omnes autem, Aaron et filii eius archae testamenti, ut menistrarent ei, et tollent eam, et facta est eis pars x[a] sacerdotibus initiata, et primogenita, et quae in sacrificiis constituta, et primogenita, et distinata. Leuuiticis data est lex ut quaecumque acciperint a populo ex decimis, decimas darent sacerdotibus, ut extimaretur eis tamquam oblatio. Inicio eorum traditae sunt illis etiam ciuitates refugiorum vi, et harum prata sementiua in circuitu cuiusque ciuitates [10] cubita ii, et aliae ciuitates xlii sacerdotibus quidem x, leuiticis [11] quoque xiii. (f. 19, v°.). Puto latius nos dixisse quam speramus, tamen necessariae pro his qui scripolosius [12] requirere uolunt, et multa legerunt : quos exstimo facile percipere quae scripta sunt ; sed et illi qui pauca legerunt facilius ad intellectum possunt peruenire ex illis quae a nobis perbreuiata inquisitione declarata sunt.

[1] Fatuea [2] cuius filii Finies [3] leuitarum [4] leuitae [5] *et* [7] Gerson [6] Merari [8] filiu*m*
[9] ex[a] [10] ciuitatis [11] leuuiticis [12] scrupolosius.

Macedonum reges [1] iuxta Alexandrinos:

Alexander filius Philipphi, post Darium ann. vii.
Ptolomeus Lagi Soter ann. xlii.
Ptolomsis filius Filadelfus [2] ann. xxxviii.
Ptolomeus filius Euergeta ann. xxx.
Ptolomeus filius Euergit ann. xxv.
Ptolomeus Philopator [3] ann. xvii.
Ptolomeus frater ann. xxiii.
Ptolomeus Fuscus ann. ii.
Euergeta ann. xxvi.
Ptolomeus Alexus ann. xx.
Alexander frater Ptolomei Alexe ann. xviii.
Ptolomeus Dionisius Hecate ann. xxviiii.
Cleopatra filia ann. xxv. — Fiunt in se ann. cccxlvi.

Imperatores [4] Romanorum:

Augustus ann. lvii.
Tiberius ann. xxii, mens. vii, (f. 20.) dies xxii.
Gaius ann. iii, mens. viiii.
Claudius ann. xiii, men. i, dies xxviii.
Nero ann. xiii, men. viii, dies xxviii.
Galba men. v, dies xxvi.
Otho men. viii, dies xii.
Vitellius men. viiii, dies xv.
Titus ann. iii, men. ii, dies ii.
Tradanus [5] ann. xvii, men. viii, dies vi.
Chadrianus [6] ann. xx, men. x, dies xxviii.
Antonius Pius men. viii, dies xxii.
Marcus ann. xviiii, men. v, dies xii.
Commodus ann. xii, men. viii, dies xxiiii.
Elius Pertinax men. vii.
Iulianus men. ii, dies vii.
Seuerus anno [7] xiiii.
Antonius cognomento Caracalla, Seueri filius, ann. vi, men. viiii, dies ii.
Macrinus ann. i [8], dies vi.
Antonius ann. iii, men. viii, dies xxviii.

[1] De Macedonum regebus [2] Filadelfi [3] Philopater [4] De imperatorebus [5] Traianus [6] Hadrianus [7] annis [8] men. ii.

Alexander ann. xiii, dies viiii.

Regnum Hebreorum :

Saul ann. xxx.
Dauid ann. xl.
Salomon ann. xl.
Roboam ann. xvii.
Abia ann. iii.
Asa ann. xli.
Iosafath ann. xxv.
Ioram ann. viiii.
Ocozias ann. i.
Gotholia mater ann. viii.
Ioas ann. xl.
Amessias ann. xxxviii.
Ozias ann. lviiii.
Ioatham ann. xvi.
Acas ann. xvii.
Ezechias ann. xxxviiii.
Manasses ann. lv.
Amos ann. ii.
Iosias ann. xxxv.
Ioachim frater Ioachas ann. xi. (f. 20. v°.).
Ioachim filius Hemeras ann. iii. captiuitatis.
Sedicias ann. xi.
Nabachodonosor reduos ann. xv.
Cymaroth filius ann. xii.
Badasar frater ann. xiiii.
Darius Asuerus ann. xliii.
Cyrus annum i.

INCIPIT SVPPVTATIO EVSEBII HIERONIMI.

Ab Adam usque ad diluuium, anni $\overline{\text{ii}}$ccxlii.

A diluuium usque ad Abraham anni dcccCxlii.

Ab Abraham usque ad Moysen anni dv.

A Moysen usque ad Salomonem et primam aedificationem templi anni ccccLxxviiii, secundum minorem quem tercius regnorum liber continet, nam iuxta iudicum anni dcl.

A Solomone usque ad instauratione templi, quae sub Dario Persarum rege facta est, colleguntur anni DXXII.

Porro a Dario usque ad praedicationem domini nostri Iesu Christi, et usque ad XV annum Tiberi principes Romanorum, explentur anni DXLVIII.

Itaque fiunt simul ab Adam usque ad praedicationem Christi, et XV annum Tiberii, anni V̄CCXXVIII.

A XV anno Tiberi principes (f. 21.) Romanorum, et ab ipsa passione domini nostri Iesu Christi usque ad Costantinum[1] et Rufum consules, anni CCCCXXX.

A Constantino et Rufo usque ad annum primum regni Sygiberti, regis Francorum, filio Theuderici regis, explentur anni CLVI.

Itaque fiunt simul, ab Adam usque ad annum primum regni Sygiberthy regis, anni V̄DCCCXV.

Nulla sit dubitatio de ista descripcione, quia de cronica beati Eusebii Caesariensis episcopi adsumpta est usque ad passionem domini nostri Iesu Christi. Item a passione Domini, per paschale Victorii, usque in tempore isto inuenies ueritatem.

## INCIPIT NOTA DE EPISCOPIS SANCTAE ECLESIAE ROMANAE; QVI CVI SVCCESSIT, VEL QVANTO TEMPORE FVIT.

Sanctus Petrus sedit ann. XXV, mensis II, dies II.
Linus sedit ann. XI, mensis III, dies XVII.
Cletus sedit ann. XII, mens. I, dies XVIIII.
Clemens sedit ann. VIIII, mensis II, dies X.
Euaritus sedit ann. VIIII, mensis X, dies II.
Alexander sedit ann. X, mensis VII, dies II.
Syxtus sedit ann. X, mensis III, dies II (f. 21 v°.).
Telesior sedit ann. XI, mensis III, dies XXI.
Ygenus sedit ann. IIII, mensis III.
Pius sedit ann. XVIIII, mensis IIII, dies III.
Sother sedit ann. VIIII, mensis VI, dies XXI.
Eleuther sedit ann. XV, mensis III, dies II.
Victor sedit ann. X, mensis II, dies X.

[1] Constantinum.

Calestus sedit ann. v, mensis ii, dies x.
Orbanus sedit ann. iiii, mensis x, dies xii.
Poncianus sedit ann. viiii, mensis x, dies ii.
Anterus sedit ann. xii, mens. i, dies xii.
Flauianus sedit ann. xiiii, mens. i, dies xi.
Cornilius sedit ann. iii, mensis iii, dies iii.
Stefanus sedit ann. vi, mensis v, dies ii.
Syxtus sedit annum i, mensis x, dies xxiii.
Dionisius sedit ann. vi, mensis ii, dies iiii.
Felix sedit ann. iiii, mensis iii, dies xxvi.
Puthicinus sedit ann. v, mens. i, diem i.
Gaius sedit ann. xi, mensis iiii, dies xii.
Marcellus sedit ann. viiii, mensis iiii, dies xvi.
Eusebius sedit ann. vi, mens. i, dies iii (f. 22.).
Miliciadis sedit ann. iiii.
Siluester sedit ann. xxiii, mensis x, dies xi.
Marcus sedit ann. ii.
Iulius sedit ann. v, mensis ii.
Liberius sedit ann. vi, mensis iii, dies iiii.
Felix sedit ann.....
Damasus sedit ann. xviii, mensis iii, dies xi.
Syricius sedit ann. xv.
Anastasius sedit ann. iii, dies x.
Innocentius sedit ann. xv, mens. i, dies xxi.
Zosemus sedit annum i, mensis iii, dies xv.
Bonefacius sedit ann. iii, mensis viii, dies vi.
Caelestinus sedit ann. iii, mensis x, dies xvii.
Xystus sedit ann. vi, mensis iii, dies xviiii [1].
Leo sedit ann. xii, mens. i, dies xiiii.
Helarius sedit ann. vi, mensis iii, dies xi.
Simplicius sedit ann. xvi, mens. i, dies vii.
Filius sedit ann. viii, mensis xi, dies xxvii.
Gelasius sedit ann. iiii, mensis viii, dies xiii.
Anastasius sedit annum i, mensis xi, dies xxiiii (f. 22 v°.).
Symmachus sedit ann. xv, mensis viii, dies xxv.
Horomista sedit ann. viii, dies xvii.
Iohannis sedit ann. ii, mensis viii, dies xvi.

[1] dies xiiii.

Felix sedit ann. ii, dies xiii.
Bonifacius sedit ann. ii, dies xxvi.
Iohannis sedit ann. ii, mensis iiii, dies vi.
Agapitus sedit mensis xi, dies xviii.
Siluius sedit annum i, mensis v, dies xi.
Vigilius sedit ann. xvii, mensis vi, dies xxvi.
Pelagius sedit ann. iiii, mensis x, dies xvii.
Iohannis sedit ann. xi, dies xviii.
Benedictus sedit ann. iiii, dies xxviii.
Peladius sedit ann. x, mensis ii, dies x.
Gregorius sedit ann. xiii, mensis vi, dies x.
Sauinianus sedit ann. i, mensis v, dies viiii.
Bonefacius sedit ann. viii, dies xxii.
Bonefacius sedit ann. vi, mensis viii, dies xiii.
Deusdedit sedit ann. iii, diebus xx.
Bonefacius sedit ann. v, mensis x.
Honorius sedit ann. xii, mensis xi, dies xvii (f. 23.).
Seuerinus mensis ii, diebus iiii.
Iohannis anno i, mensis viiii, diebus xviii[1].
Theuderus[2] ann. vi, mens. i, dies xviii.
Martinus ann. vi, mens. i, dies xxvi.
Eugenius ann. ii, mensis viiii, dies xxiiii.
Vitalianus ann. xiii, mensis vi.
Adeodatus ann. iiii, mensis ii, dies v.
Donus annum i, mensis v, dies x.
Agatho ann. ii, mensis vi, dies iiii.
Leo sedit mensis x, dies xvii.
Benedictus sedit mensis x, dies xii.
Iohannis ann. i, dies viiii.
Conon sedit mensls xi.
Sergius ann. xiii, mensis viii, dies xxiii.
Iohannis ann. iii, mensis ii, dies xii.
Iohannis ann. ii, mensis vii, dies xvii.
Sisinnius sedit dies xx.
Constantinus ann. vii, dies xxv.
Gregorius ann. xvi, mensis viiii, dies xi.

[1] d. xviiii [2] Theuderus *est le dernier mot écrit de la première main ; la fin de la liste est d'une main postérieure.*

Gregorius ann. x, mensis iii, dies xv.
Zacharias ann. x, mensis iii, dies xiiii.
Sthefanus ann. v, dies xxviiii.
Paulus ann. x, mens. i.
Sthefanus ann. iii, mensis v, dies xxvii.
Hadrianus ann. xvi (f. 23, v°-24.)[1].

IN CHRISTI NOMINE LIBER CHRONECORVM.

Sex diebus rerum creaturarum Deus formauit.

I. In primo diae condedit lucem.

II. Secundo fermamento [2] caeli.

III. Tercio specim [3] maris et terrae.

IIII. Quarto sidera.

V. Quinto piscis [4] et uolocris [5].

VI. Sexto bistias [6] adque iomenta [7]. Nouissimum ad similitudinem suam hominem primo [8] Adam.

Adam fuit annorum ccxxx genuit Seth. Facti sunt omnes anni quibus uixit Adam anni nonienti xxx.

Seth fuit ann. ccv et genuit Enos. Facti sunt omnes anni quibus uixit [9] Enos anni dccccxii.

Enos fuit ann. cxc, et genuit Cainan. Facti sunt omnes anni quibus uixit Enos anni dccccv.

Cainan fuit ann. clxx et genuit Malahel. Facti sunt omnes anni quibus uixit Malahel [10] ann. dccccx.

Malahel fuit ann. clxv, et genuit Iared. Facti sunt omnes anni quibus uixit Malahel anni dccclxlv (f. 24, v°.).

Iared fuit ann. clxii, et genuit Enoc. Facti sunt omnes anni quibus uixit Iared dcccclxii.

Enoc fuit ann. clxv, et genuet Matusalaam. Facti sunt omnes anni quibus uixit Enoc inter omnebus [11] ccclxv, et translatus est quia placuit Deo.

[1] *Le f.* 23 *v° est occupé tout entier par un dessin à la plume représentant probablement Eusèbe et S. Jérome; on lit au bas l'inscription suivante :*

ΚΡΩΝΝΚΩΡΥΜ · ΜΧΛΤΙFΛΙΚΗΜ ΗDIDΗΡUNK · ΗCΤΩΡΙΑΜ.

*suivie de la transcription en caractères mérovingiens :* Cronicorum multiplicem ediderunt istoriam. [2] fermamentum [3] speciem [4] pisces [5] uolocres [6] bestias [7] iumenta [8] primum [9] iuxit Sed [10] Cainan [11] omnes.

Matusalam fuit ann. clxxxvi [1], et genuit Lamech. Facti sunt omnes anni quibus uixit Matusalam dcccclxviiii.

Lamech fuit ann. clxxxviii, et genuit Noe. Facti sunt omnes anni quibus uixit Lamech dccliii.

Noe fuit ann. d, et genuit Sem. Facti sunt omnes anni quibus uixit Noe dccccl.

Sem fuit ann. c, et genuit Arfacsat. Facti sunt omnes anni quibus uixit Sem dc.

Arfaxat fuit ann. cxxxv, et genuit Caman. Facti sunt omnes anni quibus uixit Arfaxat cccclxv.

Cainan fuit ann. cxxx, et genuit Sala. Facti sunt omnes anni quibus uixit Cainan dxxxiii.

Sala fuit ann. cxxx, et genuit Heber. Facti sunt omnes anni quibus uixit Sala ccccxxxiii. (f. 25.)

Heber fuit ann. cxxxiiii, et genuit Falech. Facti sunt omnes anni quibus uixit Eber cccciiii.

Falec fuit annorum cxxxiiii, et genuit Ragau. Facti sunt omnes anni quibus uixit Falec cccxxxviii.

Ragau fuit ann. cxxxii, et genuit Seruch. Facti sunt omnes anni quibus uixit Ragau cccxxxviiii.

Seruc fuit ann. cxxx, genuit Nachor. Facti sunt omnes anni quibus uixit Seruch ccclx.

Nachor fuit ann. lxxviiii, genuit Tara. Facti sunt omnes anni quibus uixit Nachor ccviii.

Tara fuit ann. lxx, et genuit Abram. Facti sunt omnes anni quibus uixit [2].

Abraham fuit ann. c, genuit Isaac. Facti sunt omnes anni quibus uixit Abraham clxxv [3].

A principio usque Abraham, ann. $\overline{\text{iii}}$ccccxxxvi.

Isac fuit ann. lx, genuit Iacob. Facti sunt omnes anni quibus uixit Isac clxxxi.

Iacob fuit ann. lxxxviiii, genuit Leuui. Facti sunt omnes anni quibus uixit Iacob cxlvii.

Leuui fuit ann. xlv, genuit Caat.

Caat fuit ann. lxi, genuit Ambram.

Ambram fuit ann. lxx, genuit Moysen. (f. 25, v°.)

[1] clxxxvii. [2] uixit Tara ccv [3] *A partir de* fuit *toute cette phrase est de seconde main.*

Moses cum esset ann. ccx[1] mortuus est. Moesen in sacerducio successit Hiesu Naue.

Fiunt, omnebus suppotatis, ab Adam usque ad sacerdotes qui fuerunt post Gesu Naue, ann. $\overline{\text{iii}}$dccccxx.

Iudecum:

Chusaroton ann. viii.
Gotonihil ann. l.
Eglom ann. xviii.
Aothan ann. lxxx.
Iabin et Cisarra[2] ann. xx.
Barac et Debbora[3] ann. xl.
Madianiti ann. vii.
Gedeon ann. xl.
Abimelech ann. iii.
Tola ann. xxiii.
Iaber ann. xxii.
Amanite ann. xviii.
Gepena ann. vi.
Esebon ann. vii.
Olom Zabolonitis ann. x.
Abdom ann. viii.
Alofoli tenuerunt ann. xx.
Samson ann. xx.
Fuerunt Iudaei sine iudecis[4] anni triginta.
Eli sacerdos ann. xx.
Samuhel sacerdos et profeta ann. xx.
Fiunt anni iudecum ccccLxx.
Vsque hoc tempore a principio suppotantur anni $\overline{\text{iiii}}$ccclxi.

Liber rignorum de regibus declarat.

Saul rignauit ann. xl.
Dauid ann. xl. (f. 26.)
Salamon ann. xl.
Roboam, ann. xvii.
Abia ann. iii.
Asab ann. xli.
Iosafat ann. xxv.
Ioram ann. viii.

[1] cx [2] Sisarra [3] Debborra [4] iudecibus

Ozias ann. i.
Gotolias ann. vi.
Ioas ann. xl.
Amassias ann. xxviiii.
Ozias ann. lii.
Ioatam ann. xvi.
Agas ann. xvi.
Egicias ann. xxviiii.
Manassis[1] ann. li.
Amos ann. ii.
Iosias ann. xxxi. Et filii sui Ioachem a[2] Sedecias et alius ann. xviiii.
Vsque tunc, a principio, suppotantur anni iiiidcccc.
Iudae in Babillonia lxx ann. in captiuitate fuerunt; liberantur a Ciro.
Cirus Persarum et Medorum ann. xxxi.
Canbisis[3] ann. viii.
Magienissis[4] vi.
Darius ann. xxxvi.
Sersis ann. xx.
Artabanus minsis vii.
Astarsersis et Oidi ann. xli.
Darius Onothus ann. xviiii.
Artarsersis Cirus iouenis ann. xl.
Artarsersis Ochos ann. xxv.
Arsis ann. iiii.
Darius, quem Alexander occidit, ann. v. Hic emplentur anni vcc.
(f. 26.)
Regnum paganorum:
Alexander Magnus Macedus ann. xii.
Tolomeus Leporos ann. xl.
Tolomeus Filadelfus ann. xxvii.
Tolomeus Atuergetis ann. xxiiii.
Tolomeus Phylopatur ann. xxi.
Tolomeus AEpefanes ann. xxii.
Tolomeus Opilometur ann. xxxiiii.
Tolomeus alius Euuirgetis ann. xxviiii.
Tolomeus Saluatur ann. xv.
Tolomeus de Alexandro ann. xii.

[1] Manasses ann. lv [2] ac [3] Canbasis [4] Magienissis ann.

Tolomeus de Filipo ann. VIII.
Tolomeus de Dionisio ann. XXX.
Cleopatra ann. LXXII.
Fiunt ab Adam usque ad Octauiano Agusto Romense et quod natus est dominus noster Iesus Christus, Deus ueretatis, anni $\overline{\text{VD}}$.
Regnabat illo in tempore nomen emperiae [1] Octauianus Agustus; AErodis sub ipsum Hierusolimis rex erat.
Agustus ann. post aduentum XV.
Tiberius ann. XXIII. (f. 27.)
Gaius ann. III, minsis X.
Claudius ann. XIII, mensis X.
Nero ann. XIII, mensis VII.
Galba mensis VII, dies XXVII.
Vespasianus ann. VIIII, mensis V.
Titus ann. II, mensis VIIII.
Domicianus et alius Pertenax ann. [2] V, mensis VIIII.
Neruas ann. I, mensis IIII.
Tragianus ann. XVIIII.
Atrianus ann. XXI.
Antoninus ann. XXI, mensis VII.
Marcus Aurilis [3] et Antoninus ann. XVIIII.
Comodus ann. XII, mensis VII, dies XVIIII.
Seuerus ann. XVII, mensis VII, dies XIIII.
Antoninus et Magrinus ann. XI.
Alexandrus Mameas ann. XIII.
Maxemus ann. V.
Gordianus cum alio ann. VI.
Filepus ann. VI. (f. 27, v°.)
Decius ann. I.
Gallienus ann. III.
Valerianus et Gallienus ann. XV.
Claudius ann. I.
Aurilianus VI.
Probus et Tacetus ann. VII.
Carus et Carinus, Anumnirianus et Floanus ann. II.
Constans pauper, et Licinius, et Maxeminus et Deollicianus [4] ann. XVIIII, minses IIII.

[1] imperiai [2] ann. XV [3] Aurilius [4] Dioclicianus.

Tunnc suppliti[1] sunt a principio ann. ṽdcccvi, mensis iiii.
Constantinopole[2] emperátores cristiani[3]:
Constantinus maior ann. xxx, minsis iii.
Constantius ann. xxv, minsis iiii.
Iulianus malus ann. ii, minsis ii.
Iouinianus anno i, menus mensis ii.
Valens Arrianus xvi, mensis iiii.
Teudosius ann. xvi, mensis xviii.
Arcadius filius suus ann. xiiii.
Teudosius minor ann. xlii. (f. 28.)
Marcianus ann. vi, mensis. vi.
Leo ann. xvi, mensis xi.
Leo menor anno i, mensis vi.
Zyno ann. xvii, minsis ii.
Anastasius ann. xxvi, minsis iiii.
Iustinus Eufimias ann. viiii[4], mensis ii.
Iustinianus ann. xxxviii, mensis vii s.
Iustinus Subfias ann. xii, minsis x s.
Tiberius ann iiii.
Mauricius ann. xx, minsis iiii.
Fogs ann. viii, menus mense uno.
Eraglius ann. xxxi.
Fiunt ab Adam usque AEraglio imperatore[5] regnante ann. xxxi. Omnes anni ṽdcxlviiii[6]. (f. 28, v°.)

[1] impleti [2] Constantinopoli [3] cristianos [4] viii [5] AEraglium imperatorem [6] dc *a été refait sur un grattage.*

# II

## INCIPIVNT CAPETOLARES CRONECE GYRONIMI [1] SCARPSVM.

I. De rignum Assiriorum.
II. De natiuitate Abraham et generationi eius usque ad Moysen.
III. De Moysen et iudecis [2] super Israhel.
IIII. De captiuitate Troge et inicium Francorum et Romanorum.
V. De Francione rigi [3] Francorum et Francis.
VI. De initium docum [4] Francorum.
VII. De Hebreis et eorum iudecis [5].
VIII. De captiuitate Troge et egressionem exinde Priamo [6], et Friga, inde Romani et Franci fuerunt.
VIIII. De inicium [7] regis [8] Romanorum.
X. De aedcuccationem [9] Cartagenis et suppotationem ann. ab Adam usque ad Moysen.
XI. De regibus AEbreorum et Israhel.
XII. De regem [10] Latinorum.
XIII. De regis [11] AEbraeorum.
XIIII. De inicium [12] nomines [13] Romae antequam condeta fuissit.
XV. De Assiriorum imperio destructo quod staetit annus Ī CCXLII. (f. 29.)
XVI. De Latinorum regibus et Roma a Romolo condeta.
XVII. De Nabagodonosor rigi [14] et captiuetate Iudaeorum.
XVIII. De captiuetate Troge et olimpiadem primam [15].
XVIIII. De Macidonum rigi [16] Filipo et minsebus annis condetus.
XX. De Tarquinio prisco et nummerum [17] senatorum Romae.
XXI. De captiuitate Iudaeorum a Nabagodonosor rigi [18].
XXII. De ampliatam [19] Romam.
XXIII. De mortem Nabagodonosor rigi [20].
XXIIII. De regressione Iudaeorum per Cirum rigi [21] Persarum.

1 HironImi 2 iudecibus 3 rege 4 ducum 5 iudecibus 6 Priami 7 inicio 8 regum 9 aedificatione 10 regibus 11 regibus 12 inici 13 nominis 14 rige 15 olimpiade 16 prima rige 17 numero 18 rige 19 amplicata 20 regis 21 rege.

XXV. De regnum [1] Tarquini Romam.

XXVI. De Nabagodonosor sub cuius tempore Olofornis [2] fuit.

XXVII. De inicium [3] consolum Roma [4], qui regerunt imperium ann. CCCCLX.

XXVIII. De Alexandro magno Macedo.

XXVIIII. De mortem [5] Alexandri et translatum [6] regnum eius in pluris regibus [7].

XXX. De Romanis qui pluris gentis superant consolis habentis.

XXXI. De inicium imperatorum.

XXXII. De Gaium Iulium [8] qui monarciam [9] tenuit.

XXXIII. De Octauianum qui monarciam tenuit in cuius tempore dominus noster Iesus Christus natus est. (f. 29 v°.)

XXXIIII. De supputationem [10] annorum ab Adam usque Christi praedecationem.

XXXV. De emperium [11] Gage et Claudiae.

XXXVI. De emperium [12] Neronis, Vispasiani et Titi et captiuitate Iudeorum.

XXXVII. De emperium [13] Domiciani, Tragiani, Atriani, Titi, Luci et Quomodi.

XXXVIII. De emperium [14] Cologi, Siuiri [15], Antunii, Magriani, et Aurili.

XXXVIIII. De emperium [16] Alexandri, Maximi, Gordiani, Deciae, Galli, et Valeriani qui in Persas captiuatur [17].

XL. De emperium Galliini, Claudiae, Auriliani et Proui.

XLI. De emperium Cari, Deucliciani, Maximiani, et Seuiri.

XLII. De emperium Constantini et filii sui et AElenam Agustam.

XLIII. De emperium Magnenti et obetum Constatis et mortem [18] fratrum Magnenti.

XLIIII. De Gallum Caesarem et Antunium monacum [19] et Constancium [20] Romam ingressum.

XLV. De emperium Iuliani, Valentiniani et AElarium [21] Pectauinsim episcopum [22].

XLVI. De aduentum [23] Burgundionum in Gallies.

XLVII. De emperium Graciani internicione Alamannorum et Gotorum.

[1] regno [2] Olofernis [3] inicio [4] Romae [5] morte [6] translato [7] plures reges [8] Gaio Iulio [9] monarchiam [10] supputatione [11] emperio [12] emperio [13] emperio [14] emperio [15] Seueri. [16] emperio [17] captinantur [18] morte. [19] Gallo Caesare et Antunio monachis [20] Constancio [21] AElario [22] episcopo [23] aduentu.

XLVIII. De interetum Valentis emperatores a Gotis factum.

XLVIIII. De suppotationem ann. ab Adam usque ad obam[1] Valentis.

L. De emperium (f. 30.) Theudosiae[2], Arcadiae, Onoriae[3], item Teudosiae[4].

LI. De Gaisericum regem et Vandalis et Gotis.

LII. De emperium Marciani.

LIII. De inruptione Chunorum in Gallies et Agecium patrecium[5] et Gotis.

LIIII. De emperium[6] Auiti, Martiani et Theuderico regem Gotorum.

LV. De emperium Magioriani et Suaeuis et Theuderico rigi.

LVI. De emperio Siuiri[7], Antimi et Gotis in Aetalia sub emperio consolem.

LVII. De Theuderico rigi Gotorum in AEtalia et Leone emperatore.

LVIII. De Chlodoueo rigi Francorum et Alarico.

LVIIII. De obetum[8] Theuderici.

LX. De Crogo rigi Vandalorum et Vandalis.

LXI. De Gildomerem in quem rignum Vandalorum[9] finiuit.

LXII. De Iustiniano emperatorem et Bellissarium patrecium. (f. 30 v°)

I. Regnum Assiriorum.

Primus rex Ninus regnauit annos li, et mulier sua Simiramis regnauit post eum ann. xlii. Eodem tempore natus est Abraham. Ninsas filius Nini et Semiramis regnauit post eos ann. xxxviii.

II. Abraham cum esset ann. lxxv accepit a Deo repromissionem. De illo tempore usque ad egressionem AEbreorum de AEgypto suppotantur anni ccccxxx. Abraham de ancilla Agar habuit filium nomen[10] Ismail, unde Ismailitae et postea Agarrini[11], posttremum Sarracini uocantur. Centenarius Abraham habuit de Sarra filium nomen[12] Isaac; primus omnium prophetarum Abraham. Assiriorum Arrius tunc regnauit ann. xxx. Sexagenario Isaac anno nascuntur filii gemini, primus Esau, ex quo gens Idomea fuit, secundus Iacob, qui Israel appellatus est, inde gens Iudaeorum est. Vixit

[1] obitum [2] emperio Theudosiai [3] Arcadiai, Onoriai [4] Teodosiai [5] Agecio patricio
[6] emperio [7] Seueri [8] obetu [9] Vuandalorum [10] nomine [11] Agarreni [12] nomine.

Abraham ann. clxxv, centesimo anno repromissionis (f. 31.) moritur Abraham. Centesimo lx anno cum esset Isaac, tunc Iacob discendit in Mesopotamia et seruiuit Laban ann. xiiii pro duas filias [1] quas accepit uxores Lia et Rachil. Anno cc post repromissionem mortuus Isaac ann. lxxx. Filius eius Iacob cum esset ann cx, adhuc uiuente Isaac, Ioseph filius Iacob ann. xvii uindetus [2] est in AEgypto. cxxx anno cum essit Iacob iam secundo anno famis ingressus est cum filiis in AEgypto. Iacob cxlvii anno obiit prophetans de Christo; cx anno cum implisset Ioseph moritur. Fiunt autem omnes anni quos AEbrei in AEgypto fecerunt ccxv ob hoc ab eo tempore conpotantur quod Iacob cum filiis suis discendit in AEgypto.

III. cccl anno repromissionis natus est Moysis. Cum esset ann. lxxvi Crops [3] rignauit in Attuca [4], a quo usque ad Troie captiuitatem fiunt anni ccclv. cccxl repromissionis anno Moysis AEgypto derelinquens in heremo filosopatur AEbreorum. lxxx anno agens dux aeteneris ex AEgypto AEbreorum gentes [5] efficetur; (f. 31 v°.) legem eis in heremis tradedit per ann. xl. Ab hoc loco usque ad Salamonem et ad aedificationem templi numerantur anni cccclxxx. Primus apud AEbreos Aaron pontifex fuit AEbreorum. Post Moysen constituetur Gysus, Gysus [6] successor Moysi. Terra Palastinorum Iudaei [7] gente [8] sorte distribuit. Iudaeorum iudex post Gotonehil ann. xl. Post Gotonehil AEbrei fuerunt subiecti alienigeni [9] ann. xviii, qui copolantur temporibus Aod; ipse fuit iudex ex tribu Efrem, fuit ann. lxxx. Post Aod AEbreos in dicionem redigunt alienigeni ann. xx, qui copulantur temporibus Debure et Baraa [10], qui iudicauerunt Israel ann. xl. Ebraeorum iudex Gedeon. Post Deboram in dicione redigunt alienigeni ann. vii, qui coniuncti sunt temporebus Gedeon secundum AEbreorum traditione [11]; Gedeon iudex ex tribo Mannasse. Cyrus [12] condeta ante templum Hierusolimarum ann. ccxl, scribit Ioseph in libro tercio AEbreorum. Abimelet [13] filius Gedeonis iudex ann. iii. (f. 32.). Post quem Iar ann. xxii, ex tribo Manasse. Sub Tautano regi Assiriorum Troga capta est. AEbraeorum Gepte [14] iudex ann. viii. Postea AEbreos in dicione sua redicunt Amanite ann. viii, qui cum temporibus posteriorum iudicum copolantur secundum Iudaeorum tradicionem. Gepte in libro iudicum post quem Esebon ann. vii, ab aetate Moyse

[1] duabus filiabus [2] uenditus [3] Cycrops [4] Atthena [5] gens [6] Hesus, Hesus [7] Iudaeorum [8] gens [9] alienigenis [10] Deborre et Baraac [11] traditionem [12] Hiebus [13] Abimelec [14] Iepte.

usque ad semetipso [1] ait soppotari ann. ccc. Post AEsebon Labaion ann. VIII.

IIII. In illo tempore Priamus Helenam rapuit. Troianum bellum decenale surrexit causa [2] mali, quod trium mulierum de pulchritudinem certantium praemium fuit, una earum Helena pastore iudice pollicente. Memnon Amazones Priamo tolere [3] subsidium. Exinde origo Francorum fuit, Priamo primo regi [4] habuerunt. Postea per historiarum libros scriptum est, qualiter habuerunt regi Friga [5]. Postea partiti sunt in duabus partibus, una pars perrexit in Macedoniam, uocati sunt Macedonis, secundum populum a quem [6] recepti sunt et regionem Macedoniae, qui oppremebatur a gentes uicinas [7], inuitati ab ipsis fuerunt, (f. 32 v°.) ut eis praeberent auxilium. Per quos postea cum subiuncti in plurima procreatione creuissent, ex ipso genere Macedonis fortissimi pugnatores effecti sunt. Quod in postremum in diebus Phyliphy regis et Alexandri fili sui fama confirmat illorum fortitudinem qualis fuit.

V. Nam et illa alia pars quae de Frigia progressa est ab Olexo per frai [8] decepti, tamen non captiuati [9] nisi exinde eiecti per multis regionibus [10] peruacantis cum uxores et liberos [11] electum a se regi [12] Francione nomen [13], per quem Franci uocantur. In postremum eo quod fortissimus ipse Francio in bellum fuisse fertur et multo tempore cum plurimis gentibus pugnam gerens partem Asiae uastans in Eurupam dirigens inter Renum uel Danuuium et mare consedit.

VI. Ibique mortuo Francione cum iam per proelia tanta que [14] gesserat parua ex ipsis manus remanserat, duces ex se constituerunt. Attamen semper alterius dicione negantes, multo post tempore cum ducibus transaegerunt usque ad tempore [15] Ponpegi consolis, qui et cum ipsis demicans (f. 33.) seo [16] cum reliquas [17] gentium nationes [18] quae in Germania habitabant totasque dicione subdidit Romanam. Sed continuo Franci cum Saxonibus amicicias inientes aduersus Pompegium reuellantis eiusdem rennuerunt potestatem. Pompegius in Spaniam contra gentes demicans plurimas moretur [19]. Post haec nulla gens usque in presentem diem Francos potuit superare, qui tamen eos suae dicione potuisset subiugare. Ad ipsum instar

[1] ipsum [2] causa aliqua [3] tollere [4] primum regem [5] reges Frigam [6] quo [7] gentibus uicinis [8] per fraio [9] captiuate [10] multas regiones [11] peruacantes cum uxoribus et liberis [12] electo a se rege [13] nomine. [14] quae [15] tempus [16] seo et [17] reliquis [18] nationibus [19] moritur.

et Macedonis qui ex eadem generatione fuerunt; quamuis grauia bella fuissent adtrite, tamen semper liberi ab externa [1] dominatione uiuere conati sunt. Tercia ex eadem origine gentem Torcorum fuisse fama [2] confirmat. Vt cum Franci Asiam peruacantis pluribus proeliis transissent ingredientis Eurupam super litore Danuuiae fluminis inter Ocianum et Traciam, una ex eis ibidem pars resedit electum a se utique regem nomen Torquoto per quod gens Turquorum nomen accepit. Franci huius aeteneris gressum cum uxores et liberes agebant nec erat gens qui eis in proelium potuisset resistere. (f. 33 v°.) Sed dum plurima egerunt proelia, quando ad Renum consederunt, dum a Turquoto menuati sunt, parua ex eis manus aderat. A captiuitate Troge usque ad primam olimpiadem fiunt anni CCCCVI.

VII. Redeamus quo ordine AEbraeorum gens fuit. AEbraeorum reliqui anni: [3] Labdon ann. VIII. Post Labdon Aebreos in dicione redicunt alienigeni ann. XL, qui copolantur temporibus iudecum posteriorum. Post quem Samson fortissimus omnium fuit, ita ut quibusdam facta eius cum gestis Ercole [4] conpotarentur [5]. Quidam ad huius memoriam conseruandam balnea [6] Beceanceorum, multo post tempore appellatus poena. Post quem Heli sacerdus in AEbreorum libro XL ann. inueniuntur, in septuaginta interpraetatione XX.

VIII. In illo tempore Tautanus regnabat in Assirius; tunc Troia capta est. In Ebreis Lebdon [7] iudex erat, et in AEgypto Dinastia rex erat. Primus rex Latinorum tunc in ipso tempore surrexit, eo quod a Troia fugaciter exierant, et ex ipso genere et Frigas [8] fuerunt nisi per ipsa captiuitate Troiae (f. 34.) et inundatione Assiriorum, et eorum persecutione in duas partes egressi et ipsa ciuitate et regione. Vnum exinde regnum Latinorum ereguntur et alium Frigorum. Post tercio anno capta Troia Latini qui postea Romani nuncupati sunt, et ut quidam uolunt, post octauo anno regnauit AEneas. et Frigas fertur germani fuissent.

VIIII. AEneas in Latinis regnauit ann. III, et Frigas in Frigia. Ante AEnea et Friga ann. V. Saturnus, Picus, Faunus, Latinus, per quem Latini uocati sunt, et in AEtalia regnauerunt ann. circeter CL. Roleta scribit Palefatus in incredibilium libro primo, serenas quoque fuesse meretrices, quae deceperint nauigantes. Post AEneam

[1] extherna [2] famha [3] reliquis annis [4] Ercolis [5] conputarentur [6] balnee [7] Lapdon [8] Frigis.

Ascanis ann. xxxviii. Ascanius, derelicto nouercae suae regno, Latinis Albam Longam condedit, et Siluiuium postunum fratrem suum, AEnei ex Clauinia[1] filium, summa piaetate edocauit[2]. Amazones in illo tempore Aetesi[3] templum incenderunt. Ascanius Iulium filium procreauit, a quo familia Iuliorum orta, et propter aetatem paruuli, quia necdum regendis (f. 34 v°.) ciuebus edoneos[4] erat, Siluium postumum[5] fratrem suum regni reliquit heredem. In illo tempore, mortuo Heli sacerdoti[6], AEbreorum Samuhel prophetabat; et Saul regnauit ann. xl. In illo tempore Siluius Latinorum rex AEnei filius, a quo omnes Albanorum rege Siluiae[7] uocati sunt. AEbreorum rex primus ex tribu Iuda Dauid ann. xl. AEbreorum tunc pontifex Habiatar clarus habitur[8]. Latinis Siluius regnauit ann. l. AEbreorum filius Dauid Salomon regnauit ann. xl. Salomon templum in Hierusolimis aedificare coepit[9], consummauit eum anno vii.

X. Cartago in tempore Salomonis a Lacedaemonies in Africa condita est a rege Cestrato et alias urbis plurimas. Nam et Cartago a Arcedone Tyro, ut uerò aliae, a Dido[10] filia eius ann. cxliiii expleta fuisse refertur. Colleguntur autem omni tempus a Moysin et egressus Israhel, secundum tercium librum regnorum usque ad Salomonem et aedificationem templi conpotantur ann. cccclxxx (f. 35.). A diluuio usque ad Moysen anni $\overline{m}$ccccxlvii. Ab Adam usque ad diluuium anni $\overline{ii}$ ccxlii. Semul[11] omnes anni $\overline{iiii}$cxlviiii ab Adam usque ad Salomonem.

XI. AEbreorum sacerdus Sadoc tunc fuit. Post Salomonem Roboam ann. xvii. Post mortem Salomonis sedicione orta in gente Iudaea et regno befaria[12] deuisio in Samaria decem tribus regnauit Geroboam. Latinorum Albà Siluius regnauit ann. xxxviiii. Roboam filius Salomonis regnauit Hierusolimis duobus tribus tantum quae uocantur Iudaeorum, quia ex Iuda stirpe discenderunt. Vnde et uniuersa gens illa nomen Iudaeorum est. Post quem Abia ann. viii; post quem Asa ann. xli. Latinorum AEgyptius Siluius ann. xxiii. Latinorum octauos Capis Siluius ann. xxvi. AEbreorum Iuda Iosafat ann. xxv. Prophetabant in AEbreis tunc Abdias, Hien, Ozias, Michias. Latinorum nonus Carpentus Siluius ann. xiii. AEbreorum Iuda ann. viii. Post quem Ocozias anno i. Post quem Godolias

[1] Lauinia [2] aedocauit [3] AEfesi [4] idoneus [5] post eum [6] sacerdote [7] regis Siluiai [8] habetur [9] coepit et [10] alii a Didone [11] simul [12] bifaria.

mater ann. vii. Post quem Ioas ann. xl. Latinorum tunc post Carpento (f. 35 v°.) Tiberius ann. viii. Post xi, Agrippa Siluius ann. xl. Iuiadae apud AEbreos insignissimus pontifex erat, qui solus post Moysen uixit ann. cxxx. AEbreorum Iuda Amissias [1] xxviiii. AEbreorum Israhel Ioas in tempore Ioram. Ipse fuit septemus [2] in Iuda, regnauit ann. viii. In cuius tempore prophetabat Helias. In tempore Ioas Helisaeus moritur. Zacharias propheta a Ioas regi interficetur [3]. AEbreorum Iuda Amessias regnauit ann. xxviiii.

XII. Latinorum xii Aremolus Siluius [4] ann. xviiii. Post quem xiii Auentinus Siluius ann. xxxvi. In tempore Arimoli superiores ipse [5] Siluius Aremolus siue Remolus Agrippe superiores regi filius praesedum Albanorum inter montes, ubi nunc Roma est, posuit; ab [6] impietatem, postea fulmenatus interiit.

XIII. AEbreorum Israhel secundus Nadab ann. ii. Post quem tres [7] Baas ann. xxiiii; post quem AEla ann. vii. Post Ambri [8] ann. xii. Post Eu [9] ann. xxviii. In tempore Achab profetabat AElia. Post Ioram Haeu ann. xxviiii. Post Haeu Achab ann. xvii.

XIIII. Iulius proauos Iulii Proculis, qui cum Romolo Romam commigrauit fundauit (f. 36.) Iuliam gentem. His diebus AEbreorum xii. Azarias qui et Ozias ann. lii.

XV. In illo tempore Thespieo [10] Arifronis filio Atenis regnante Assiriorum impirium [11] deletum est. Vsque ad id tempus fuisse rege [12] Assiriorum storia fert et fiunt insimul anni īlxxxxviii. Omnes autem anni rigni [13] Assiriorum a primo anno Nini suppotantur īccxl. Abarces Medus Assiriorum imperiorum [14] destricto [15] regno in Medus transtulit; et interim sine principibus res agebatur usque ad Diiocum regem Medorum. In medio autem tempore Caldei propriae praeualebant, quoque separate quaedam regnum successiones feruntur. Reliqui quoque gentis propriis legibus utebantur.

XVI. Latinorum quartus decimus Procas Siluius ann. xxxiii. Post quem Amulius Siluius ann. xliii. In illo tempore Roma a Parebus, qui nunc festus dicitur, est condeta. Romolus et Remus ipsam condederunt. Remus rutro pastorale a Fabio Rumoli [16] duci occisus. Ob basili inpunitate magnas Limuli [17] multitudo coniungetur. Anno ab urbe condita tercio una uirginum pulcerrima (f. 36 v°.) cunctorum adclamatione rapientum Talasso duci Romoli decerni-

[1] annis [2] septimus [3] interficitur [4] Remolo Siluio [5] ipse et [6] ob [7] tercius [8] post quem Zamri [9] Post Heu [10] Thespio [11] imperium [12] reges [13] regni [14] imperium [15] destructo [16] Fabiorum ollim duce [17] magna Remulo.

tur, unde ad nuptiarum solemnitatibus Talasso uulgo clamitat, cui tales nupta sit, que [1] Talassus meruit. In illo tempore prima captiuitas Israhel. Decem tribus a Senacerem [2] rege Caldeorum [3] translati sunt in montes Medorum; regnatumque est in Samaria ann. ccl.

Romanorum septimus decemus rex Romolus ann, xxxviii. Remus et Romolus generantur matre AEtalia. Romolus apud paludem Capraenus moritur. Post quem per quinus [4] dies senatores rem publicam egerunt unum tantum anno quod interregnum appellatum est. Postea Pompeius regnauit ann. xli. Romolus primum militis sumpsit ex populo, et nobelissimus senes centum ob aetatem senatores, ob semilitudinem [5] curae patris appellauit: templa quoque et murus, humani [6] urbis struxerunt. Sabacon Bochiri regem captum uiuo [7] exusit. Tulius Hostilius ann. xxxiii, primus regnum Romanorum purpora et fascibus usus est, ac deinceps cum sua domo fulmine confragauit. Tulius Hostilius post longam pacem bella reparabit, (f. 37.) Albanos Vigentis uicit, ad adiecto monte Caeneo urbem ampliauit. Romanorum quartus Ancus Martius ann. xxxiii. Ancus Marcius Auentinum montem in Ianeculum urbem addedit in tempore Procatae [8] Siluiae [9] Latinorum regi [10], AEbreorum tunc profetabat Osoe, Amos, Esaias, Ionas. Anno quinquaginta tres [11] quando Roma condita fuit in AEbreis profetabat Ioatam ann. xvi, post quem Iuda xiiii ann. Item xvi, [12] cuius tempore Talatfalsar, rex Assiriorum, magna pars [13] populo Iudaeorum in Assirios transtulit. Post quem Iuda quintus decimus Segecias [14] ann. xlviiii. Post quem in Iuda xvi Manassis ann. lv. Post quem in Iuda septimus decimus Amon ann. xii. Post octauus decemus Iosias ann. xxxii. Hierimias profetabat. AEbreorum Iuda, Ioazim ann. xi. Post quem iterum Ioazim [15] alius.

XVII. Anno iiii [16] Ioazim Nabagodonosor rex Babilloniae Iudaeam capit et in dicionem suam redactis plurimis Iudaeorum cum etiam partem uasorum templi inuasit, et tributario fecisse Ioazim fertur, et uictor ad patriam reuertitur. (f. 37 v°.) Israhel, quando Roma condita fuit, Azarias, et Manaem profetabant ann. x, postea Vazeas ann. x.

XVIII. A captiuitate Troge usque ad olimpiadem primam anni

[1] quae [2] Senacerip [3] Assiriorum [4] ter quinus [5] similitudinem. [6] Romane [7] uiuum [8] Procacis [9] Siluiai [10] regis [11] anno L° III° [12] X° VI° anno [13] magnam partem populi [14] Sezecias [15] Ioacin [16] Anno III.

ccccv; a primam olimpiadem Africanus temporibus Ioatham rege AEbreorum fuisse scripsit. Post Vazea in Iudaea profetabat annus viiii. Tunc a Senacerem Israhel in captiuitate ducti sunt. Memorauimus sub Arifronem regi [1] Assiriorum regnum destructum. Sardanapallus eo tempore Tarsum atque Ancialem condedit et in proelio uictus ab Arboco [2] Medos semit [3] incendio concremauit.

XVIIII. Primus ut super memorauimus rex Macedonum Caranus regnauit ann. xviii [4]. AEgypciae regem suum Osorton Ercole nominauerunt. Fiston Argius mensuras et pondera primus inuenit. Macedonum Phyliphus regnauit ann. xxxviii. Numa [5] Pompilius duos mensis anni condedit ianuarium et februarium, cum ante hoc decim mensis tantum apud Romanus [6] fuissent. Capitulium quoque a fundamentis aedificauit. Seuillaque [7] et Eurofila in Samuae insignis habentur. (f. 38.) Numa [8] Pompilius nullum cum finitimis bellum gessit. Olda mulier apud Hebraeos profetabat. Postea Suffronias, Hierimias ann. xxxii, post quem Ioaza mensis tres, post quem Ioazim ann. xi, post quem Sedicias annis xi.

XX. Romanorum quintus Tarquinius Priscos ann. xxxviii. Macedonum Arepos. Tarquinius Priscos ciram Romae aedificauit, numerum senatorum ausit [9], Romanus ludus [10] instituit, muros et clodecas aedificauit; ad extremum ab Anci filiis, regnum eius sui [11] ipse successerat.

XXI. Primo anno captiuetatis Hierusalem Iudea capitur. Nabagodonosor rex Chaldeorum Hierusolimis captis templum incendit, quod ab initio aedificationis suae transierat ann. ccccl [12]; quadragensima octaua olimpiadae captiuetas Iudeorum facta est. AEbreorum autem captiuetas et exterminiae [13] templi quod fuit in Hierusolimis ann. lxx. In Babillonem profetabant (f. 38 v°, — 39.) Danihel et Ezechiel.

XXII. Tunc Rome Serui ancillae sed nobelis captiue filius tres montis urbe [14] addedit Quirinalem, Isquilinum et Vimenalem. Fossas circum murus dixit [15], censum Romanorum ciuium ipse primus instituit, et in extremum Tarquini Superbi generi sui superiores et filii scelere occisus est.

XXIII. Mortuo Nabagodonosor Babylloniorum rege suscepit emperium AEuilmarodac [16], cui successit frater eius Balthasar, cuius tempore liber Danihel scribitur. Romanorum Siruios [17] sextus regnauit

[1] Arifrone rege [2] Arbeco [3] semet [4] XXVIII [5] Numma [6] Romanos [7] Siuilla [8] Numma [9] auxsit [10] ludos [11] cui [12] CCCCXLII [13] exterminium [14] montes urbi [15] duxit [16] Iuchilmarodac [17] Siluius.

annis xxxiii. Capta Hierusolima ab Assiriis ad Vafrim, regem AEgypti, Iudaeorum reliqui [1] transfugerunt; Hierimias quoque profeta meminit. Chorinthiorum monarchia destructum. Solus facta defectio cum futuram eam Talus ante dixisset. Olimpiadem [2] LV item et Corus rex Medorum destruxit imperium.

XXIIII. Cyrus regnauit Persis subuerso Astragio regi Medorum. Persarum Cyrus regnauit ann. xxx. Cyrus Hebreorum captiuitate laxata L ferme hominum milia regredi fecit in Iudaeam, (f. 39 v°) qui constructo altarem templi fundamenta iecerunt; sed cum a uicinis gentibus fabricatio inpediretur, inperfecto [3] opus usque ad Darium permansit. Cyrus Babillonia capit. In AEbreis profetabant Azeos et Zacharias, quo tempore Hiesus filius Iosedech et Zorobabil [4], regi genere, principes fuerunt eorum, qui regressi sunt in Iudaeam. Colliguntur omni tempus captiuitatis [5] Iudaeorum anni LXX secundum quosdam a tercio anno Ioazim usque ad xx annum Cyri regis conputantur [6].

XXV. Romanorum Tarquinius tunc regnabat ann. xxxv; Tarquinius excogetauit uicla, taureos, fustes, lautomias, carceris, conpetis, catenas, exilia, metalla. Regnauerunt Medi super Assirios ann. CCCLIIII. Croaesus a Cyro capta est et Lidorum regnum destructum est, quod stetit ann. ccxxx.

XXVI. Canbisin que et Nabagodonosor rex uocatus est, sub quo storia Iudit, qui Oloferne [7] interfecit, scribetur. Apud AEbreos Agens et Zacharias profetabant. Secundo anno Darii regis templum in Hierusolimis construetur [8] (f. 40.) a Zorobabil, [9] consummatur ann. IIII remissionis captiuitatis Iudaeorum. Et aedeficationem templi initium sub Cyro habuit, consummatur sub Dario. Regnauit Persis, Assiries et AEgypto.

XXVII. Inicium consolum Romanorum. Armodius, Aoidius, et Aristogedus Inparcum regem interficerunt, et Lena meretris amica eorum cum tormentis quogeretur ut socius proderit linguam suam morsibus amputauit. Pulsis urbe regibus adtenuatum est ualde Romanum imperium. Romanorum rege VII a Romolo usque a Tarquinio Superbo emperauerunt ann. CCXLIIII. Romae post exactis regibus inicium consolis a Brutu [10] esse coeperunt. Deinde tribuni plebis ac dictatoris et rursum consolis rem publicam tenue-

[1] reliquie [2] Olimpiade [3] inperfectum [4] Zorobabel [5] omne t. captiuitates [6] conpotantur [7] que Olofernem [8] construitur [9] Zorobabel [10] Bruto.

runt per annos ferme quadrignentus [1] sexagenta quattuor. Censo Romae agitato inuenta hominum cxx milia. Lapis tunc in AEuis fluuio de caelo ruit. Persarum septemus Artabanus regnauit, viii Artaxersis ann. xl. Anno ab urbe condita anno cccii tribuni plebis Romae stricti consolibus eiectis. 'Niaemias tunc AEbreos menister uinarius consenciente domino suo uecesimo eiusdem regnauit annus [2] (f. 40 v°.) de Babyllonem uenit [3] Hierusolimis struxit. Romam [4] dinuo consolis creati sunt. Si quaesieris de ebdomades septuaginta, quae in libro Danihil scriptae sunt, repperies eas esse expletas in tempore Nerones imperatores, quae faciunt annos ccccxl. Secundo postea Vespasiani anno Hierusolima capitur, ut Danihil profetauit. Ex Atena monte ignis erupit. Temporibus consolum Galli Senonaci Romam incenderunt excepto Capitulium.

XXVIII. Alexander filius Phyliphy et Olimpiades nascetur. Romani Gallus superant. Nectenebon regi AEgyptiorum in AEthiopia pulso AEgypciorum regnum destructum est, et in Romana dicione redigetur. Romani Samnitas] duobus proeliis et reliquas uicinas gentis superant. Discriptio Romae facta inuenta sunt ciuium clxii milia hominum.

Alexander aduersus Illirius et Tregas feliciter demicans, quibus subuersis in Persas arma conruit, et apud Granecum flumen regi [5] ducibusque oppressis urbem Sardis capit. Romanorum consul Torquatus filium suum (f. 41.) qui plures proelia hostis uicerat uirgis caesum secure percussit. Alexander, capta Tyro, Iudaeam inuadit. Post multas pugnas triumphans Alexandria [6] in AEgypto septemo rigini [7] sui anno aedificauit; et tenit omnia quae coeperat ann. xii. Alexander Ercanus et Mardus coepit. Alexander Aonem Petram et Indum [8] amnem transgreditur. Bellum aegit Alexander aduersus Porum [9] et Taxilem demicauit, et uicit. Arpalus fugit in Asiam.

XXVIIII. Alexander trecesimo aetatis suae anno moretur in Babyllonem. Post quem translatum est in multus [10] eius imperium. Macedonum regnauit Phyliphus frater Alexandri.

XXX. Romani Samnitas diutissime aduersus se pugnantes ad extremum in seruitute subieciunt. Seleucus consol Babyllonia [11] obtenuit et plures urbes aedificauit. Censo Romae agitato inuenta sunt ci-

[1] quadrignentos [2] anno [3] uenit et murus, *corr. en* muros [4] Rome [5] rege [6] Alexandriam [7] septimo rigni [8] Indorum [9] Forum [10] multos [11] Babylloniam.

uium Romanorum cclxx milia hominum. Legati Alexandria Tolomeo transmissi Romanorum amicicia [1] peterunt. Romani Gallus superant et Sauinorum terra sorte deuidunt. Seleucus in Sicilia capto (f. 41 v°.) Demitrio Siriae et Asiae pariter imperauit. Saratis ingressus est Alexandriam, Romano subdedit imperio, farum magnum in Alexandria fecit. Aracus arteis [2] nummus primus in urbe figurare fecit. Romani Cartageninsis nauale proelio superant et cento ibi urbis capiunt. Cartagenensis ex Romanorum nauis in Sicilia capiunt Metello console in fuga uerso. Censo Romae tunc agitato inuenta sunt hominum cclx milia. Post anno tercio Romae templum Vestale incensum; post annus xiii, xl feri milia Gallorum fuerunt a Romanis cena [3]. Post anno septimo pars Romae terre moto concossa est, ita ut Coloseos magnus ruerit. Post ann. item vii, uicti Iudaei et sexaginta milia armatorum ex numerus [4] eorum a Romanis [5] caesa Romanam redacti sunt dicionem. Post ann. iii Romae Marcello console Seracusas capiunt, Siciliam capiunt. Post annos sedete Romani Grecos liberos esse iusserunt et uniuersa (f. 42.) Ebria ita fecerunt. Postea per Anciocum [6] regem Iudaei contra Romanos coeperunt reuellare et in idolatria cogente Ancioco [7] sunt conuersi. Tunc sacerdotes et docis [8] Machabei propter lege [9] costudienda surrexerunt, sicut scriptum in libro Machabeorum est. Romani interfecto Felepo regi [10] Macedones tributarius facint [11]. Discripcio Romae facta inuenta sunt hominum cccxxii milia. Oppius consol Gallus [12] capit, et Cartago in dicione Romana per Scupione redigetur [13]; habens, quod [14] condita fuit ann. dccxl et nouem. Tholomeus Dimitrium [15] filiam suam tradit uxorem cum regnaret in AEgypto et in Hierusolimis super Iudaeos, et dedit Demetrium genero suo regnum quod abstolerat Alexandro patri suo. Anciocus [16] rex, filio Alexandro [17] frater Demitrio [18] interfecto, ad extremum se interfecit. Bellum ciuile ortum est in illo tempore Sicilia. Primus liber Machabeorum temporibus Ancioco [19] ortum est in Iudaea. Arsacis Pardus Anciocum interfecit. Serui qui in Sicilia reuellabant obsidiones necessitate conpulsi ad suam (f. 42 v°.) inuicem cadauera deuoranda conuersi sunt. Aruersia tunc nobelis Galliarum urbis capta, et rex Vetuetus iuxta Eule insolam ignis est flatus.

[1] amiciciam [2] argenteis [3] cesa [4] numero [5] in Romanum [6] Antiochum [7] Antiocho [8] duces [9] legem costudiendam [10] Filepo rege [11] faciunt [12] consul Gallos [13] Scypionem redigitur [14] quo [15] Demetrio [16] Antiochus [17] filius Alexandri, [18] Demitrii [19] Antioco.

Samariam urbem Herodis restaurans Sabastiam in honorae Agusti appellare uoluit. Graciani uicti a Romanis subieciuntur. In Secilia bellum ciuile consurgit. Depraehenso Tholomeo per matre Cleupatra in Secilia bellum ciuile conpescuit. Tholomeus rex Cyrinae [1] oriens Romanis testamentum reliquid heredis. Seleucos ab Ancioco uiuos exuretur [2]. Anciocus [3] in Partus [4] fugiens, Pompegio console [5] se deinceps tradedit. Pompegius Siri [6] in dicione Romana redegit. Anciocus reuersus de fuga regnum obtenuit. « Plucius Gallus Latinorum rethorecam docuit, sicut Cetero [7] refert : Pueris nobis primum latini ducere cipisse Plucium quendam.» Discriptio tunc Roma [8] facta inuenta sunt hominum ccccLxiii milia. Voltacilius [9] Plutus Pompegi consolis [10] libertus doctor scolam Romae primum iniuit. Pompgius [11] gloriosissime (f. 43.) triumphauit.

XXXI. Lucullus primus imperator appellatus est, uicta Arminia, Mesopotamia cum fratre regnauit capta Ponpegius uniuersa Ebrea subiugauit. Lucullus diuersis triumphauit. Virgilius Maro in pago, qui Aedis dicetur, non procul a Mantua nascetur. Anciocii Assiriae capta a Romanis. Arestobolus et Ercanus fili Alexandri contra se de imperio demicantes occansione praebuerunt Romanis ut Iudaeam inuaderint. Pompegius in Hierusolimam ueniens capta urbe et templum obseruato ad sancta sanctorum accedit. Aristobolum uinctum secum adducit. Escanum [12] deinde ante patrem Herodis Ascalonitis filium procuratorem Palastine fecit. Pompegius captis Hierusolimis tributarios Iudaeos facit. Pompegius secundus imperatur appellatur. Caesar Lusitaniam e quasdam insolas in Ocianum capit. Caesar Pompegius Renum transiens Germanus uastat. Caesar Pompegius Germanus et Gallus capit.

XXXII. Post quem Gaius Iulius Caesar (f. 43 v°.) primus Romanis singulare obtenuit imperium; Romanorum princeps appellatus primus Gaius Iulius Caesar. Pompegius proelio uictus fugiens a espadones Alexandrini regis occidetur. Tholomeus cadauer cum lurica aurea in Nilo inuentum. Caesar in AEgypto regnum Cleupatre confirmat ob stubri gratiam. Cleupatra regio comitato urbem ingressa prohibet electecis margaritisque uti. Antunius decernit Quintilem mensem Iulium debere dicere quia in eo fuisset natus. Gaius Iulius

[1] Cyriniae, [2] heredes Seleucus ab Anciocho uiuus exuritur [3] Anciochus [4] Parthos [5] consule [6] Siriam [7] Cycero [8] Romae [9] Vultacilius [10] consulis [11] Pompegius [12] Ircanum.

Caesar in curia occidetur, corpus in rustro humore concrematur. Romae tres simul exorti consolis [1] in eadem urbem fuerunt. Inter citera [2] portenta quae toto urbe facta sunt bus [3] in suburbano adarantem locutus est; frustra se urguere non enim frumenta sed homines breui defuturus.

XXXIII. Romanorum secundus post Vlium [4] singulare Octauianus adsumpsit imperium qui primum Agustus Caesar appellatus est; (f.44.) regnauit annis LVI et mensibus VI, per quem Aufusti [5] appellati sunt reges Romanorum. Antonius aduersum Caesar Augyrex bellum mouit. Falcidius tribunus plebs legem tribuit ne quis plus testamentum ligaret quam ut quarta pars heredibus superesse. Trans Tibirem fluuium oleum terrae erupit quae tota diae sine intermissione fluxit significans Christi gratiam ex gentibus. Antunium superat Agustus Octauianus et interueniente senato eum in gracia recepit. Anticonus patricius contra Iudaeus demicans tandem occidetur et regnum Iudaeorum tunc fuit distructum. Herodis post eum a Romanis constitutus est princeps. Virgilius in Cappadocea moritur. Herodis a Romanis Iudaeorum suscepit principatum. Cuius tempore Christi natiuitate uicina regnum et sacerdocium Iudaei quod prius per successionem enorum [6] tenebatur destructum est; conpleta profetia quae ita per Moysen loquitur(f.44 v°.) : « Non deficiet princeps ex Iuda neque dux de femoribus eius donec ueniat cui repositum est et ipse erit expectatio gentium.» In hoc loco etiam Christus quem Danihelis scriptura praefatur accepit finem. Nam usque ad Herodem Christi id est sacerdotis erant reges Iudaeorum qui [7] imperare coeperunt CCLXV olimpiade, et ab instauracione templi sub Dario usque ad Ercanum et centesimo octoagesimo quinto olimpiade ann. CCCCLXXXIII in medio anno transactis; quos Danihel significat dicens : « Et sciens et intelligens ab initio sermonem respondendi et aedeficandi Hierusalem usque ad Christi principatum ebdomade septem et ebdomade LXII, » quae sexaginta et noue [8] ebdomate [9] faciunt ann. CCCCXLIIII. Herodis Antepatre filias [10] nihil ad se pertenentem Iudaeam ab Agusto et senato accipit; filiique eius post eum regnauerunt usque ad nouissimam Hierusolimae captiuitatem. Quae omnia etiam Danihel profeta (f. 45.) uatizinatur ita dicens : « Et post ebdomades septem et LXII inibit crisma et iudicium non erit in eo et

[1] consules [2] cetera [3] bos [4] Iulium [5] Augusti [6] annorum [7] quo [8] nouem [9] ebdomadas [10] filius.

templum et sancto conrumpit [1] populus duci ueniente, et caedintur [2] in cataclismo belli. Et in consequentibus et super templum, inquid, abominatio dissolationum usque ad consumptionem tempore [3] et consummatio dabit super desolationem. » AErodis Ananelum quendam ponteficem Iudaeorum instituit et post exiguum temporis Arisbolum fratrem uxoris suae nepotem successorem ededit. Post anno uno interfecto Ananelo reddit sacerducium. Lunae cursus tunc a Romanis inuentus est. Antunius Cleupatre Arabiem tradit. Agusti et Antoniae tercie desensiones exordiae fuit, ut repudiata sorore Caesaris Cleupatram duxit uxorem. Cleupatra et Antonius semet interficiunt et ob hoc AEgyptus fit Romana prouincia, quam primus tenuit consol Cornilius.

in Galliis, quos cum Agecius patricius uenientes conperisset, sanctum Anianum Aurilianinsium episcopum ad Theudorum regi Gothorum in legacionem dirigit petens auxiliare contra Chunis [1], (f.64.) si praeualebat resistere, mediam partem Galliae Gothis daret. Cum a Theudoro regi huius peticionis annuens auxilium fuisset promissum, Egecius legatus [2] mittens ad Attilanem regem Chunorum obuiam petens auxilium contra Gothis [3] qui Galleas conabant inuadere, si praeualebant Chuni haec contra Gothis defendere medietatem Galliae ab Agecio perciperint. Attila rex cum Chunis festinans et partens ciuitatebus [4] Germaniae et Galliae contra Gothus super Legere [5] fluuio nec procul ab Aurilianes confligit certamine; caesa sunt Gothorum ducenta milia hominum. Theudor rex hoc proelio occubuit; caesa sunt Chunorum CL milia. Ciuetas [6] Aurilianes oracionibus beatissimi Aniani liberata est. Chuni repedanter Trecassis in Mauriacensim consedentis Campaniam, Thoresmodus filius Theodorus [7] qui ei successit in regnum collectum [8] Gothorum exercito [9] patrem ulcis siderans [10] cum Attilanem et Chunis Mauriaco confligit certamine, ibique tribus diaebus uterque falange in inuicem proeliantes et innumerabiles multitudo genti [11] occubuit. Agecius cum esset strenuosissimus consilii (f. 64 v°.) per noctem ad Attilanem ueniens dixit ad eum : « Optabilem duxeram ut tua uirtute regionum [12] hanc a perfidis Gothis potuissem erepere [13] sed nullatenus fieri potest; usque nunc cum menimis [14] pugnatoribus proelias hac nocte Theudericus germanus Thoresmodi cum nimia multitudinem [15] et fortissimus Gothorum pugnatores aduenit, haec non sustenis adque utinam uel euadere possis. » Tunc Attila dedit Agecio decem milia uirorum [16] et per suo ingenio [17] Pannoniam repedaret; ipsaque nocte Agecius ad Thorismodo idque perrexit [18], dicensque ei causam consimilem quod apud uilis Chunorum pugnatores usque nunc pugnauerat, nam maxima multitudo et fortissimi pugnatores a Pannonies ipsaque nocte Attilanem aduenerant et audissent fratrem suum Theudericum in rauris [19] Gothorum occupasse regnumque uellit adrepere nisi festinus ad resedendum [20] pergeret periculum addegradandum haberit [21]. Acceptis idemque Agecius a Tursemodo decim milia soleas [22] ut suo ingenio a persecutionem Chunorum liberati Gothi ad

[1] Chunos [2] Agecius legatos [3] Gothos [4] ciuitatibus [5] Ligere [6] ciuitas [7] Theodori [8] collecto [9] exercitu [10] ulcisci desiderans [11] gentium [12] regionem [13] eripere [14] minimis [15] multitudine et fortissimis G. pugnatoribus [16] soledorum [17] ut per suum ingenium [18] Thorismodum peruexit [19] in auris [20] resistendum [21] haberet [22] soledos.

sedis proprias remearint [1] (f.65.) protinus abigerunt [2]. Agecius uero cum suis etiam Francos secum habens post tergum direxit Chunorum quos usque Toringia a longe prosecutus est, praecepitque suis ut unusquisque nocte ubi manebant decim sparsim focus facerint [3] ut inmensa multitudine semelarint [4]. Quieuit hoc proelium Ageci consilium; Gallia ab aduersariis liberatur. Postea cum a Tursemodo regi et Gothis haec factio perlata fuisset requirentis promissionem Ageci emplendam [5], et ille rennuerit per pacis iura urbiculum aureum gemmis ornatum pensante quingentas liberas ab Agecio conposiciones causa transmittetur Tursemodo; et haec iurgia quieuerunt, quae species deuotissime usque hodiernum diem Gothorum thensauris pro ornatum ueneratur et tenetur. Anno II principis Marciani Chuni in AEtaliam inruunt eamque depraedant, aliquantis ciuitatibus inruptis diuinetus [6] parte fame, parte [7] morbo quadam, plagis caelestibus finiuntur. Iussu Marciani ab Aiecio duci caeduntur, in sedibus suis quoacti [8] reuertunt et mox Attila moretur [9]. (f. 65, v°.) Turismo [10] rex Gothorum a Theuderico et Frederco [11] fratribus interficitur. Cui Theudericus succedit in regno [12]. Tercio regni anno principis anni Marciani regina moretur Pulcerea. Agecius dux et patricius fraudolenter Valentiniani imperatorum manu propria occidetur [13]. Quarto regni anno principis Marciani per duos barbarus Ageci familiaris Valentinianus imperator occidetur [14]. Post quem mox Maximianus ex consolebus [15] XLIIII Romae Agustus appellatur, qui cum imperator factus relicta [16] Valentiniani sibi duxit uxorem. Maximianus quarto regni sui mense urbe Romae tumulto militare [17] occidetur [18]. In ipso anno Auitus Gallus ab exercito Gallicano primo Tolosa, dehinc apud Arlato Agustus appellatur, Romam pergit.

Romanorum XLIII Marcianus quarto iam regni sui anno obtenta monarchia per Auitum qui a Romanis aeuocatus et susceptus fuerat imperator. Legati ad Marcianum pro unianimitate mittuntur imperiae. Gaisiricus sollicitatus relicta Valentiniani et malum fama dispergit, priusquam Auitus Agustus fieret Romam ingreditur ditatusque opibus Romanorum Gartaginem redit, relicta Valentiniani (f. 66.) et filias duas et Agece filium Gaudentium secum ducens. Suaeui Cartagenensem regionem quas Romanis reddederant [19] depraedantur. Mar-

[1] remearent [2] abierunt [3] facerent [4] simularent [5] implendam [6] diuinitus [7] partim (*bis.*) [8] coacti [9] moritur [10] Turismodus [11] Frederico [12] regnum [13] occiditur [14] occiditur [15] ex consulebus [16] relictam [17] tumultum militari [18] occiditur [19] reddiderant.

cianus et Auitus concordis principato [1] Romano utuntur imperio. Suaeui Taragoninsem prouinciam uastant. Theudericus rex initam fidem imperiae [2] in Suaeuis [3] legatus [4] mittit ut se a prouincias quas inuaserant remouerint [5]. Consilio et consinso [6] Auiti imperatores [7] Theudericus rex contra Suaeuis [8] mouit exercitum et in Taragoninsem campaniam super Vrbecum fluuium cum Richario regi Suaeuorum confligit certamine, plurimisque Suaeuis extinctis ipso regi placato in Gallicias fugaciter fecit adgredi; ipsoque itinere Theudericus cum Gothis Romanis qui in Spanias consedebant captiuitatem uastauit et multas deripit ciuitatis [9], sanctasque baselecas [10] aefranguntur. Richarius ad loco [11] ubi Portugale appellatur profugus regi [12] Theuderico captus ducitur et in custudia redagetur [13]. Suaeui oblito regno se tradent Theuderico ibique regnum eorum distructum est. Auitus imperator legatum ad Theudericum cum sacris muneribus mittit (f. 66, v°.) nuncians in Corseca caesa multitudine Vuandatorum, Auitum de AEtalia [14] ad Gallias Arelate secessisse. Orientalium nauis [15] Spalens [16] uenientes per Marciano exercito [17] caesa nunciant. Occiso Richario, rex Theudericus de Gallicia ad Lusitaniam uenit. Suaeui dinuo rege Maldra sibi constituunt, Theudericus Emeretam depraedare molliens. Auitus tercio anno quam a Gothis et Gallis factus fuerat imperator carit imperium [18], Gothorum promissa destitutus et auxilia [19] carit et uitam [20]. Septimo anno imperiae suae moreur [21] Marcianus.

Romanorum XLIIII Maiorianus in AEtaliam [22], et Constantinopole Leo Agusti appellantur. Theudericus aduersis sibi nuncies [23] territus mox post dies paschae de Emereta egreditur Gallias repetens, partem ex ea quae habebat multitudine uariae nationis cum ducibus suis ad campos Galliciae dirigit, qui dolis et periuriis instructus ad Suaeuos qui remanserant iussam sibi expeticionem ingrediuntur, pace fugata, soleta arte perfidiae. Nec mora, illic celetur multitudo Romanorum, (f. 67.) sanctae aefranguntur eclesiae, sacer omnes ornatus et usus aufertur, episcopi, clerici captiuantur, domebus [24] dantur incendia. Agiulfus dum regnum Suaeuorum sperat, Portugale moritur. Suaeui in soletam perfidiam uersi regionem Galliciae adherentem fluuium Durio circa litora manentes depraedantur. Gothe-

[1] principatu [2] imperii [3] Suaeuos [4] legatos [5] remouerent [6] consenso [7] imperatoris [8] Suaeuos [9] deripuit ciuitates [10] basilecas [11] locum [12] rege [13] custodia redigitur [14] Aitalia [15] naues [16] Spalensim [17] Marciani exercitum [18] caret imperio [19] auxilio [20] caret et uita [21] imperii sui moritur [22] Italiam [23] nunciis [24] domibus.

cus exercitus duci suo Cyrola ad Theuderico regi Spanias missus succedit ad Betega. Theudericus duci suo Sunnerico exercitus sui aliquantam partem ad Betecam dirigit. Cyrola reuocatur ad Gallias. Suaeui Lusitaniam cum Maldare regi et alii cum Richymundo Gallicias depraedantur. AEroli ad Betecam pertendentes, Maldras Germanoso nomen [1] fratre [2] interfecit et Portugali castro inuadit. Legati a Maioriano Agusto et Theuderico regi [3] pacem inter se initam ad Suaeuis et Vandalis [4] diriguntur. Anno IIII regni Maioriani Maldras rex iugulatur mense madio. Maiorianus imperator Spanias ingreditur ad Cartagininsem prouinciam pertendens, nauis ad transiendom [5] aduersus Vuandalus [6] praeparare iubet, quas Vuandali subripiunt. (f. 67, v°.) Maiorianus imperator sua ordenatione frustrata ad AEtaliam [7] repetit. Gotecus exercitus a Sunnarico et Nepuciano comitebus [8] uertetur, Suaeuos depraedantur. A Theuderico legati ad Suaeuos ueniunt et recurrunt. Theuderico legati ad gentis pacem postulatam et optentam reuertunt. Quinto Maioriani regni anno Gaisiricus rex a Maioriano imperatore per legatus [9] postulans Maiorianum de Gallies [10] ad Romam redeuntem romano imperio uel res necessarias ordenantem [11]. Richymeris Vaedorum [12] consilio fultus fraude interficetur [13].

Romanorum XLV Seuerus a senato Romae Agustus appellatur. Anno imperiae [14] Leonis V Atrepennus Gallies comis et ciuius inedus [15] AEgidio insignis inimicus ut Gothorum fideretur Narbonam tradit [16] Theuderico mense iunio. In Gallicia coruscationem [17] uillae exuste, gregis ouium concrematae, carnis concise, pluuiae de caelo mixtae cadent. Duo aduliscentes carne in inuicem soledati adhaerentes sunt mortui. In Armoricana prouincia Fridericus frater Theuderici regis insurgens cum his cum quibus (f.68.) fuerat superatus occidetur [18]. Luna XV tunc conuersa est in sanguine in speciae lunae quinta [19]; sol ab hora tercia usque nona obscuratus. Vuandali per Marcellinum in Sicilia caesi aefugantur. AEgidius comes ueneno perit [20].

Romanorum XLVI regnat Antimius, Romam Agustus appellatur. Anno Leonis imperiae [21] VIII expedicio ab Africam aduersus Vandalus [22] ordenatur. Per Theudericum Salla legatus mittetur [23] Remusmundum regem Suaeuorum qui reuersus eum a fratri suo Teuderico nuntiat interfectum. Gothi qui ad Vuandalus missi fuerant

[1] germanus sonem [2] fratrem [3] rege [4] Vuandalis [5] transiendum [6] Vuandalos [7] Italiam [8] comitibus [9] legatos [10] Galliis [11] ordinantem [12] Suaedorum [13] interficitur [14] imperii [15] Galliis c. et c. inuidus [16] tradidit [17] coruscatione [18] occiditur [19] quintae [20] periit [21] imperii [22] Vuandalus [23] legatos mittitur.

supredicte [1] expediciones romore perterreti reuertuntur. Conembra ciuetas in pace decepta domebus [2] destructis cum aliqua parte murorum, habitatores capti atque dispersi, et regio dissolatur et ciuetas [3]. Anno ɪɪ regni Antimiae medio Tholose ciuetatis sanguis erupit de terra et tota diae fluxit signeficans Gothorum dominatione sublata Francorum adueniente regno. Exercitus Leonis aduersus Vuandalus [4] cum tribus ducibus discendit. Rychimir [5] gener Antimiae imperatores [6] et patricium factum (f. 68, v°.) adfatim degradato ad priuatam uitam filium eius occiso. Aduersus Romanorum imperium conuentique sunt Vuandali consolentis Gothi eundem tempore hoste legate deseuiunt, partem etiam Lusitaniae depraedantebus [7] Richymundum cum Suaeuis ad imperatore transeuntem. Durissimus extra soleto hoc eodem anno hibernus hiemis et aestatem, autumni fructuumque mutatione defundetur [8]. Temporibus imperatores Honoriae [9] regnum Gothorum post captam Romam befaria deuisione partitur, et qui in AEtalia [10] consederunt dicionem imperiae se tradent [11], reliqui Aquitania [11] prouincia ciuitatem Tolosa eligentes sedem regem elegunt Ataulfum; postea ut supra gesta confirmat a Gothis regnatum est. In his uero qui in AEtaliam [13] consedentes Romano pertinebant imperio Theudericus natione Macedonum permissum Leonis imperatores [14] principatum adsumit sicut huius libri gesta testatur [15], nam ille alius Theudericus Theudoris regi filius natione Gothus fuit. (f.69.)

## III [1].

Natiuetas [16] Theuderici regis ex genere Macedonum ita fuit qui in AEtalia [17] Gothis et Romanis regnauit. Idacius patricius et uxor Eugenia, cum sine liberis essent, habentes in ministerio credetarius [18] sibi puerum nomine Theudorum et puella nomine Liliam, quos comperissent diligentes, inuicem coniugium permiserunt copulare [19], erantque ambo natione Macedonis, unde paruuli captiui fuerant adducti. Eugenia iussit puellae : « Cum ad uiri coetum accesseris, quodcumque eadem nocte sopore somnii uisaueris [20], mihi in crastinum narrare non sileas; quia creditur ueritate subsistere

[1] supradicte [2] ciuitas in p. d. domibus [3] ciuitas [4] Vuandalos [5] Rychimer [6] imperatoris [7] depraedantibus [8] defunditur [9] imperatoris Honorii [10] Italia [11] tradunt [12] Aquitanea [13] Italiam [14] imperatoris [15] testantur [16] Natiuitas; *dans la marge supérieure :* De Teodericom et Tolomeom [17] Italia [18] credetarios [19] copulari [20] uisa habueris.

quod nubentes prima nocte uisauerint[1]. » Quod cum coiugati[2] eadem nocte fuissent, uidit puella somnium quod natus ille fuesset[3] arbòr exiliens de umbolico uentris tam excelsus[4] quod nubebus[5] paenetraret, narrauitque uirum iussionem dominae suae et uisionem quem[6] uiderat. Dixit ad eam uir suus : « Cum steteris hodie in conspectu domine tuae, eo quod sine liberis est, sic dicis ad eam: Visaui[7] nocte hac aequum et aequam ambos pulcherrimus cunctorum et coma nimia (f. 69, v°.) pulchritudinem habentis; sequebat eos tercius aequus paruolus eorum consimilis et haec ambulabant in domo dominorum meorum. Quod cum dixeris, inuenies gratiam in conspectum eius. » Surgensque Lilia, omnia sicut uir praeceperat, protinus nuncians dominae suae ; Eugenia cum audisset uirum narrans putauerunt liberum esse futurum, repleti gaudio Theudoro et Lilia liberus[8] esse iusserunt, et per tabularum adscriptione firmantis[9], etiam rebus plurimis ditauerunt. Conceptum Lilia peperit filium nomen Theudericum, qui diligenter nutritus, Idacio et Eugeniae praesentatur, quem secum esse iusserunt, tanta in eum amplectentes amorem, ut ipsum sibi adoptarent in filium. Criscensque[10] puer decorus ualde couetum[11] super aliorum statura effectus est prudens et fortis ualde. Defuncto Idacio et Eugenia, praeceptum imperatores[12] Leonis Theudericus iussus est militaris. Duodecim annis miliciam agens, tante fortitudines[13] et ingenies[14] prilia[15] gessit primum ut ab omnes senatores palaciae uehementer diligeretur. Posttremum sagaci inuidiae morbum aduersus eum dolore fremebant, (f. 70.) inuestigantis[16] qualum iusso imperatores[16] interirit[18].

Tolomeus quidam ex senatoribus huius consiliae tacitae contrarius, uehementer cum Theuderico amicicias inians[19], quousque die ouetus custudiuit. Gothi postquam Romam uastauerunt et terra AEtaliae[20] possiderant, sedicionem imperatores[21] Leonis espontaniae[22] tradiderunt ab Odoagro rege et Erolis seo et reliquas uicinas gentes eorum adsiduae uastarentur, per legatus[23] Leonem imperatorem postulauerunt ut Theudericum eis instituerit[24] patricium, ut per ipsum aduersariis resisterint[25]. Quod Leo imperator clementer annuens cum consilio senato Theuderico[26] Romam direxit. Qui a Romanis seo[27] Gothis patriciati honorem gloriose susceptus est, et

[1] uiderint [2] coniugati [3] fuisset [4] excelsum [5] nubibus [6] quam [7] uisum habui [8] liberos [9] firmantes [10] crescensque [11] cubitum [12] imperatoris [13] fortitudinis [14] ingeniis [15] praelia [16] inuestigantes [17] imperatoris [18] interiret [19] iniens [20] terram Italiæ [21] imperatoris [22] spontaniæ [23] legatos [24] institueret [25] resisterent [26] Theudericum [27] seu.

cum AErolis plures prilia[1] gessit. Nam quadam uice apud Odoagrum rege[2] et AErolis Theudericus cum Gothis prilium[3] concitasset, Theudericus fugiens cum suis Rauennam ingressus est, ibique mater eius Liliam obuiam ueniens increpans eum, dicens : « Non est ubi fugias, fili, nisi ut leui[4] uestimenta mea ut ingredias utero de quo natus es. » Quod ille audiens, nimium confusus, cum suis quos potuerat repperire (f. 70, v°.) plus mori uellens quam uiuere, obuiam Odoagri et AErolorum exiuit. Quod cum eos imperatos[5] et dispersos obuiasset, tandem cum paucis eos superat. Resumptis uiris[6] Gothis se concolliens persequitur Odoagrum, quem cum uxore et liberis uinctum interfecit, gentemque et regnum AErolorum diliuit. Quod cum perlatum Leoni imperatori fuisset, et a senato saepius suaderetur ut Theudericum deliret, praecepit eum uenire ad se. Theudericus, collictis secum utilissemus[7] pugnatoris[8] Gothorum armatus[9] et qui nobilis[10] erant utrumque XII milibus tantum euecto nauale quasi oboediens in occursum Leonis imperatoris Constantinopole uenit. Amicus eiusdem Tolomeus nullo ingenio potebat qualiter eidem res agebatur narrare, nisi tantum in consilio prudentissime et suptili ordine qui Theuderico erant contrarii destruebat. Decreto imperatores[11] Leones et[12] senato cum esset ut Theudericus cum in palatio ingrediebatur[13] seductus, membratem[14] et separatus a suis ut interficeretur. Consilio Tholomei amici sui de hoc periculo liberatur dicens ad imperatorem : (f. 71.) « Non est utile gloriae tuae ut homine[15] ille sic fraudulenter interficiatur, nec dictum sit a suis qui cum eodem uenerunt, quod non publice eum potuissetis interficere, nisi ingeniosae separatum a suis. Sed iobe[16] eum uinctum tenere, et mittantur seniores senatores ad castra Gothorum foris ciuitate, qui cum Theuderico uenerunt, narrint[17] eis offensionem Theuderici et iram gloriae tuae, eo quod dignus est morte ; ipsi decernant utrum capite truncetur, an bistiis[18] deuorandum tradatur. »

Cumque placuisset consilius[19] Tolomei, transmissi sunt quinque senatores qui erant citeris[20] et Tholomeus cum ipsis haec uerba Gothis nuncianda. Ibique Tholomeus secretissime mittens puerum nuncians Gothis ut cum ipsi et reliqui senatores eis uerba haec nar-

[1] prelia [2] regem [3] prelium [4] leuas [5] imparatos [6] uiribus [7] collectis secum utilissemis [8] pugnatoribus [9] armatos [10] nobiles [11] imperatoris [12] et a senato [13] ingredieretur [14] membratim [15] homo [16] iube [17] narrent [18] bestiis [19] consilium [20] ceteris excelsiores.

randum accederint [1], eos Gothi cincgerint [2] et legarint [3] imperatores [4] mandatis [5]: « Nisi dominum nostrum Theudericum uiuum et saluum nobis reddederit et sacramentis firmauerit ut incolomis [6] nos cum ipso patriae remeare permittat (f. 71, v°.) senatores hos interficiemus, et aduersus ciuitatem hanc, qua uirtute possumus priliauemus [7]. » Quod cum consilius [8] Tolomei fuisset impletus [9], Theudericus uinctus in palatio teneretur, et Tholomeus cum Sociis itemque a Gothis uicti [10] sub eius modi ordine tenerintur [11], uellit nollit Leo imperator Theudericum sanum Gothis reddedit, insuper promittens eum cum suis incolomem patriae repedare. Saluatus est Theudericus consilium [12] Tholomei regressus Romam, cum Auaris bellum intulit; plurimae strages utique [13] facti. Chuni AEtaliam [14] inundantes, Theudericum et Gothis superant, plurimas ciuitates AEtaliae [15] uastant. Tandem Theudericus, resumptis uiris [16], inruit super Auaris [17] quos uinctus Pannoniam in fugam dirigit. Quos cum sequeretur finibus in Pannoniae non est ausus ingredi, ibique cum castra sederit, [18] cum quattuor pueris in aequis sedentibus, extra castra sibi quintus agressus est ut praeuederit [19] ne forte Auaris [20] dinuo aduersus ipsum insurgerint [21]. Cum iam procul a castra essit [22], Auar nomen Xesxer (f. 72.) utelissimus cunctorum singulus [23] ad praeuidendum Theudericum ex secretum eum obuians, quod cum a longe repertus fuisset missi ad Theudericum [24] tres uiri bellatores ut eum ait uiuum caperint, aut interficerint [25]. Quos Auar fugam fingens singellatim interfecit. Dinuo Theudericus alios tres uiros ad ipsum capiendum direxit qui itemque ab Auare interfecti sunt. Postea Theudericus singulare certamen cum Auari [26] bellum iniuit; quem contho in brachio percusso diutissime in inuicem cum aequis girantis [27] a Theuderico Auar superatus est, quem uinctum Theudericus secum ducit ad castra. Quem cum cognouisset fortissimum esse in bellum, uerbis blandiciis eum suadebat ut suo sacramento fidem Theuderico promitterit et eum postea multis muneribus Theudericus ditarit [28]. Quod Auar, Xerser nomen [29], uehementer rennuens, fidem promittere noluit nisi terram suam cupiens remeare; postea minis et diuersis adflictionibus a Theuderico coactus est; sed tamen eius imperio denegans, fidem paenitus

[1] accederent [2] cingerint [3] legarent [4] imperatori [5] mandantes [6] incolomes [7] proeliabimus [8] consilium [9] impletum [10] uincti [11] tenerentur [12] consilio [13] uterque [14] Italiam [15] Italiæ [16] uiribus [17] Auares [18] sederet [19] praeuedaeret [20] Auares [21] insurgerent [22] castris esset [23] singulos [24] Theuderico [25] caperent aut interficerent [26] Auare [27] girantes [28] ditaret [29] nomine.

promittere noluit. Cumque uehementer rennuerit [1], (f. 72, v°.) permisit eum Theudericus patriae renneare. Natans cum aequum fluuium Istria, respiciens ex alia parte ad Theudericum, dixit : « Liberatus sum a dominatione tua, liberum me arbitrium esse cognusco, nihil super me modo est tua potestas, reuertam ad te, ero [2] tibi fidelissimus citeris [3]. » Quem Theudericus multis opibus ditans cunctis delectissimum habuit et cum pluris prilia [4] Vuandalis et Suaeuis ceterisque gentis [5] agebat, eum semper proximum et fortissime priliantem [6] suae custudiae [7] in agmenibus [8] cognuscebat [9], ideoque uehementer a Theuderico delictus [10] est. Cumque utilitas Theuderici et prilia quae gesserat perlata aula imperatoris fuisset [11], Leo imperator iussit eum dinuo uenire consilio senato [12], ut tractatum perficerint [13] quem de ipso iniuerant [14]. Iuramento senatores constringit, ut huius consiliae [15] nullus proditur [16] esset : et si quis agnetus [17] prodedisse, capite puniendus esset. Tunc Theudericus dirigens secraetae puerum ad Tholomeum inquirensque suae utilitate proficerit [18] aut uenirit [19], aut forsitam oportebat rennuere. Tholomeus (f. 73.) his verbis secressime auditis, dixit ad puerum : « Nihil paenitus Theuderico remando hodiae dies festus est, iussionem Agusti omnes senatores in aula imperiae [20] discumbent ad prandium, tu uero ad instar puerum meum [21] mihi ad dorsum obidiens [22] diligenter adtende, quod ad senato loquer fabolis [23], protenus reuerte nuncians ad eum qui te misit.» Quod cum puer ille huius eadem diae obidiretur [24], discumbentibus senatoribus ad prandium, dixit Tholomeus : « Laetus dies huius prandii sit, iocundemur in fabolis [25]. »

Cum esset leo fortissimus bistiarum [26] fuitque elictus [27] a cunctis bisteis [28] rex, uenientis [29] cunctique in eius occursum, cum iam esset hora prandiae [30], uenit ceruus. Cum adorasset leonem, adpraehendit cornum [31] eius ut ei ceruus esset ad prandium. Ille uehementer retragens [32] cornum [33] amisit, cursuque ueloci fugit in heremis. Iusso leonis inter [34] his bisteis [35] missa est uulpis ut eum ueniendum [36] subuerterit [37]. Illa, cum sit artis suæ ingeniosa, iuramentis non pauida sacramentis, praeuentum ceruum in conspectu leonis adducit. Quod cum iterum adorasset leonum (f. 73, v°.) uehementer

[1] rennueret [2] eroque [3] ceteris [4] plures proelia [5] ceterasque gentibus [6] proeliantem [7] custodiae [8] agminibus [9] cognoscebat [10] delectus [11] fuissent [12] senatus [13] perficerent [14] inierant [15] consilii [16] proditor [17] agnitus [18] proficeret [19] ueniret [20] imperii [21] pueri mei [22] oboediens [23] senatum loquor fabulis [24] oboediretur [25] fabulis [26] bestiarum [27] electus [28] besteis [29] uenientes [30] prandii [31] cornu [32] retrahens [33] cornu [34] Iussu I. de his [35] besteis [36] ad ueniendum [37] subuerteret.

ad [1] ipso leone capitur et membratem [2] disrumpitur. Vulpes [3] illa forto [4] ablato [5] cor eius comedit. Leo cum diligerit [6] cor cerui ad manducandum inquirens et fremens uehementer, omnes bistii [7] pauefactae tremebant eo quod cor cerui inuenire non potuissent, dixerunt: « Vulpes [8] qui eum adduxit ipsa proxemior [9] cunctis fuit quando derùptus est, illa furauit cor eius. » Adpraehensa cum esset in poena, et quaereretur ei ut redderet quod furauerat, dixit: « Sine culpa poenas patior; ceruos [10] ille non habet [11] cor, nam si cor habuisset, ego eum praeualere [12] non potueram, nec hic numquam [13] uenisset, primo amissum [14] cornum [15], uix tandem euasit. Qo pacto cor habens [16] hic reuerti [17] potuerat ? » Puer ille diligenter audiens memoriam retenens, Theuderico uelociter narrauit consilium [18] Tholomei. Iterum Theudericus de pericolis [19] liberatur. Post haec rennuens dicione imperie [20] cum summa felicitate uiginti et duobus annis cum Gothis regnauit. Fiunt omnes anni quibus Theudericus in AEtalia [21] regnum tenuit XXXII. A finibus Pannoniae usque ad Rodano fluuio, ( f. 74. ) a Terreno mare [22] usque Alpis Poenunas [23] et Isera fluuio unum tantum modo [24] plenum terrae annis singulis haerariis publecis dissoluebat, ut diceretur Theudericus rex modio [25] pleno [26] aerariis per singulis annis reddit publecis, decretum imperiae [27] ut amplius ei nullo tempore quaereretur. Ciuitates uniuersas quas regebat miri operis restaurare et munire sollertissime fecit. Palatia quoque splendedissime Rauennae urbis, Veronae et Papiae, quod Ticinum cognomentum [28] est, fabricare iussit. Tantae prosperetatis post regnum tenuit, pacem cum gentibus uicinas habens, ut mirum fuisset. Cuius filiam Sigysmundus rex Burgundionum habuit uxorem.

Quadam uicem [29] Chlodoueus rex Francorum et Alaricus rex Gothorum, qui sedem Tolosa habebat, post multa prilia [30] quae inuicem gesserant, intercedentes legatus [31] cum pacem inire coepissent, huius conuenentiae ut Alaricus barbam tangerit [32] Chlodouei effectus ille Patrenus [33], perpetuam ab inuicem pacem seruarint [34] et ad huius placita coniunctione nec Francos [35] nec Gothos [36] armatus [37] paenitus (f. 74, v°.) non accederit [38], actatuentes [39] diem ad locum designatum ab inuicem. Ibique legatus Chlodouiae [40], Paternus nomen [41], ad Ala-

[1] ab [2] membratim [3] uulpis [4] furto [5] ablatum [6] diligeret [7] bestiae [8] Vulpis [9] proximior [10] ceruus [11] habuit [12] fallere [13] umquam [14] amisso [15] cornu [16] quo pactu si cor habeset [17] non potuerat [18] fabulam [19] periculis [20] imperii [21] Italia [22] mari [23] Poenonas [24] modium [25] modium [26] plenum [27] imperii [28] cognomento [29] uice [30] proelia [31] legatos [32] tangeret [33] efficetur illi Patrinus [34] seruarent [35] Franci [36] Gothi [37] armatis [38] accederent [39] statuentes [40] Chlodouii [41] nomine.

ricum accessit, inquirens utrum eo habito [1] Gothi in armis [2] quo spoponderant placitum custodirent, aut forte more soleto [3], ut post probatum est, mendaciis apparerint [4]. Cum loqueretur Paternus ab [5] Alaricum regem, nuncians salutes Chlodouei, et diligenter inquirens quo ordine deberint [6] coniungere, Gothi fraudulenter uxos pro baculis in manum ferentis [7], adpraehensum unum ex his Paternus extrait dicens : « Mendacia tua placita sunt, rex, ut fraude coneris cum tuis Gothis dominum meum et Francos decepere [8]. » Accepto placito cum Alarico espondens Paternus pro Francis ut iudicium Theuderice [9] regis AEtaliae [10] huius rei terminus [11] fieretur, ibi legatus Alarice [12] regis et Paternus directus a Chlodoueo conspectum properant Theuderici. Exponens per ordine Paternus causam Chlodouiae [13] et Francis quod legatus Alarice [14] denegare non potuit, nisi tantum petens ut iudicium Theuderici fineretur. Cogitans in semetipsum Theudericus huius causae aeuentum et futuris (f. 75.) temporibus quae oportebant [15] obliuionem non tradens, zelum aduersus hos duos regis [16] retenens, dicens his legatis in crastinum quod attencius huius rei pro pacis concordiam ut iusticiae ordo poscuerit cum seniores [17] palatiae [18] pertractare potuero fratribus meis cum integra delectione et amore praefuso [19] mandare non sileo, tractansque in archana [20] cordis iam olym caelauerat, cupiens his duobus regibus ab inuicem semper esse discordis [21], talem inter eosdem iudicium termenauit, ut difficile Gothis quos Alaricus regebat huius culpa conpositio suppleretur, ut ueniret legatarius Francorum sedens super aequum, contum aerictum [22] tenens in manum, ante aula palatiae Alarice [23], et tamdiu Alaricus et Gothi super eum solidos iactarint [24], quousque legatum et aequum et cacumine conti cum soledis coperirent, renuntiantes legati Alarico protenus quod Theuderici huius rei terminasset iudicius [25]. Et cum esset difficile haec Alarici uel Gothis (f. 75, v°.-76.) [26] supplere, uolentis fraudem Paterno legato Francorum decepere [27] quem in solarium missum per noctem quod supposetum erat, ruens fracto brachio, uix tandem euasit. Ducitque eum Alaricus in crastinum suos ostendens thesauros et cum sacramento dicens : « Amplius soledus non haberit [28], quam ad praesens arcis plenis osten-

[1] habitu [2] inermis [3] solito [4] apparerent [5] ad [6] deberent [7] ferentes [8] decipere [9] Theuderici [10] Italiae [11] terminos [12] Alarici [13] Chlodouii [14] Alarici [15] oportebat [16] reges [17] senioribus [18] palatii [19] dilectione et a. perfuso [20] archano [21] discordes [22] aerectum [23] palatii Alarici [24] iactarent [25] iudicium [26] *Le f. 75, v° est occupé en entier par un dessin à la plume représentant probablement sainte Hélène,* [27] decipere [28] haberet.

derit[1].» Vbi Paternus unum soledum de pugno extrahens suum proiecit dicens : « Hos solidos adarrabo[2] ad partem dominae mei Chlodouei regis et Francos[3].» Reuertens ad Chlodoueo narrans per singula, Chlodoueus aduersus Alaricum arma commouit, quem in Campania Voglauensem decimo ab urbe Pectaua miliario interfecit, et maximam partem exercitus Ghothorum inibigladium trucidauit, regnumque eius a Legere fluuium et Rodanum[4] per mare Terrenum et montes Pereneos usque ocianum mare abstulit, quod hodiaeque dicione[5] condigno permanet ad regnum Francorum.

Theudericus, cum papa romensum[6], apostolicum uirum Iohannem, sine culpa morte damnassit[7], et Symmacum patricium, (f. 76,v°.) nullis causis extantibus, itemque trucitare[8] fecisset, ira percussus diuina, a germano suo Gaisirico interficetur[9]. Fertur in dialiquos[10] sancti Gregorii a quaedam sacerdoti[11] uisibibiter ab ipso pontefici[12] et patricio Theudericus uinctus tragetur Sicilia in olloam[13] ignis. Explicit.

Chrocus, rex Vuandalorum, cum Suaeuis et Alanis egressus de sedibus, Galleas[14] adpetens, consilium matris nequissimam utens, dum ei dixisset : « Se[15] nouam rem uolueris facere et nomen adquirere, quod alii aedificauerunt, cuncta distruae, et populum quem superas totum interfice ; nam nec aedificium meliorem a praecessorebus[16] facere non potes, neque plus magnam rem per qua[17] nomen tuum eleuis[18].» Qui, Renum Magancia ponte ingeniosae transiens, primum ipsamque ciuitatem et populum uastauit. Deinde cunctasque ciuitatis[19] Germaniae uallans, Mettis peruenit, ubi murus ciuitatis diuino noto[20] per nocte ruens, capta est (f. 77.) ciuetas[21] a Vuandalis. Treuerici uero in arenam huius ciuitates[22] quem munierant liberati sunt. Post haec, cunctas Galleas[23] Chrocus cum Vuandalis, Suaeuis et Alanis peruagans, alia subsidione deliuit, aliasque ingeniosae rumpens, uastauit. Nec ulla ciuetas[24] aut caster[25] ab eis in Galliis liberata est. Cumque Arelato obsederint[26] Chrocos[27] a Mario quaedam militae captus et uinculis constrictus est. Qui ductus ad poenam per uniuersas ciuitates quas uastauerat impia[28] uita[29] digna morte finiuit. Cui Trasemundus successit in rignum[30]. Alamanni aduersus Vuan-

[1] ostenderet [2] adnumerabo [3] Franci [4] Ligere fluuio et Rodano [5] hodiae dicioni [6] papam romensem [7] damnasset [8] trucidare [9] interficitur [10] dealogo libro [11] sacerdotii [12] pontifice [13] traheretur S. in ollam [14] Gallias [15] Si [16] praecessoribus [17] quam [18] eleues [19] ciuitates [20] nutu [21] ciuitas [22] ciuitatis [23] Gallias [24] ciuitas [25] castellum [26] obsederent [27] Chrocus [28] impiam [29] uitam [30] regnum.

dalus [1] arma commouunt. Vterque consencientes singulare certamen priliandum [2] duos miserunt, sed et ille qui a Vuandalis missus est ab Alamannos superator [3]. Victusque Trasemundus et Vuandali secundum placetum [4] cum Vuandalis, Suaeuis et Alanis de Gallias praetermissis Spanias adpetiuit, ibique multos christianorum pro fide catholica interfecit. Post paucum tempore [5] mare traducta [6], in Mauritania, credo diuino noto [7] fera ducente cum Vuandalis uadando transiuit. (f.77, v°.) Fertur mare ibi septe milia passum latitudinem esse. Mortuo in Mauritania Trasemundo, Hunericus, mente crudelior, Vuandalis successit in regnum, auream [8] tutam occupans nimia estrage [9] in christianis [10] exercuit, consiliante Cyrola, hereticorum episcopo, cuius persecucionem plurimos [11] numerus christianorum martyrii palmam [12] sunt coronatae. His diebus Eugenius, Longinus et Vindemialis episcopi miras uirtutis [13] in Christi nomen [14] ostendebant. Etiam et mortuos suscitabant. Cyrola quaedam hominem praeuentum datis quinquaginta auries ut se caecum fingerit et clamarit coram Honoricum regem Cyrolae uirtutibus lumen accipere. Qui tactus a Cyrola caecus efficitur. Postea orationis Eugeniae [15] lumen recepit. Instigante Cyrola ab inuidiae morbum, Honorico iobente [16], Eugenius capo [17] truncatur. Longinus et Vindemialis diuersis poenis adfecti pro Christi nomen [18] ad aeternam migrant beatitudinem. Honoricus merito exigente propriis se morsibus laniauit, indignam uitam iusta morte finiuit.

Cui Childericus successit in regnum. Ipsoque defuncto (f. 78.) Ghildemeris regnum suscepit, apud quem Bellesarius patricius fortissime demigauit. In quem [19] regnum Vuandalorum finiuit.

Iustinianus, priusquam temporibus Iustini imperatore [20] regnum adsumerit [21], cum esset comex [22] cartarum et Bellessarius comex aestabolarius, erantque ab inuicem nimia delictione [23] amplexi, iurantes sibi quantum cuiusquam ex his causa proficerit [24], pare sempiternam fidem seruarit [25]. Cum quadam die cum duas gesna [26] de lopanar [27] electas ex genere Amazonas, sibi cumcubito meridiae sub quasdam [28] arboris in pomario, senior Antonia cum Iustiniano discubuisset, Iustiniano sopore] oppraesso sol declinans, capud eius incaluit. Veniens aquila diuino noto [29] eodem dormiente

[1] Vuandalos [2] proeliandum [3] superatur [4] placitum [5] tempus [6] transducta [7] nutu [8] Mauritaneam totam [9] strage [10] christianos [11] plurimus [12] palma, [13] uirtutes [14] nomine [15] oratione Eugenii [16] iubente [17] capite [18] nomine [19] demicauit [20] imperatoris [21] adsumeret [22] comis (*bis.*) [23] dilectione [24] proficeret [25] seruaret [26] germanas [27] lupanar [28] quadam [29] nutu.

calorem solis extinsis [1] alis obumbrabat. Quod cum Antonia uigilante fuisset repertum, sperans hoc signum Iustinianus imperium adsumerit [2], expertum a somno dicens ei : « Si imperatur [3] effectus fueris, erit digna ancilla tua tibi concubito. » Et ille subridens, cum ei fuisset difficile hoc esse honore dignum, dixit ad eam : (f. 78, v°.) « Si imperatur [4] effectus fuero, tu mihi eris Agusta. » Commutantis [5] ab inuicem anolis [6], ait Iustinianus ad Bellesarium : « Scias inter me et Antunia [7] placuisse, si ego efficior imperatur, ipsa sit mihi Agusta ; anolis [8] commutantis [9] hoc foedus iniuimus. » Dixitque Antunia [10] : « Si soror mea tibi Agusta, ego Bellesario matrona efficiar. » Dicensque Bellesarius : « Diuino noto [11] si Antunia Agusta [12] efficitur, tu estratus mei matrimonium sociaris. » Idemque anolis [13] commutandis [14], abierunt. Nec multo post tempore, Iustinus imperator bellum in Persis [15] mouit. Quod cum Calcedona transisset, morbo perit [16]. Consenso [17] senato et militum, eleuatus est Iustinianus in regnum. Oppraesso rege Persarum, cum uinctum tenerit [18], in cathedram quasi honorifice sedere iussit, quaerens ei ciuitatis [19] et prouincias reipublice restituendas, factisque pactionis uinculum firmarit [20]. Et ille respondebat : « Non dabo. » Iustinianus dicebat : « Daras. » Ob hoc, loco illo ubi haec acta sunt, ciuetas nomen Daras fundata est iusso Iustiniano [21], quae usque (f. 79.) hodiernum diem hoc nomen nuncopatur [22]. Post receptas prouincias et ciuitatis [23] plurimas quae a rege huiusce modi ordine Iustinianus suae dicione [24] adsumserat omnibus que firmatis, permisit eum in Persas [25] regnum recipere. Reuertens Iustinianus cum magno triumpho Constantinopole [26], sedem tenens imperiae [27], Antunia [28], sumtis secum quinque aureis, duos dedit hostiariis, permissa est introire palatio [29]; tres dedit ad tenentis [30] uelum, ut sua causa permitteretur suggerere, dicens ad Iustinianum : « Clementissime imperator, iuuenis aliqui in hanc ciuitatem dedit mihi anolum in sponsaliae arras, et meum sibi accepit, promittens et sacramento firmans aliam non nuerit [31] sed me haberit uxorem. Dilatatur haec causa quod iobis [32], piissime imperator, ut fiat. » Dixitque Iustinianus : « Non liceat hanc promissionem, si facta est, mutare. » Tunc illa porrigens anolum : « Dominus cognuscat cuius fuisset

[1] extensis [2] adsumeret [3] imperator [4] imperator [5] commutatis [6] anulis [7] Antoniam [8] anulis [9] commutatis [10] Antonia [11] nutu [12] Antonia [13] anulis [14] commutatis [15] Persas [16] periit [17] consensu [18] teneret [19] ciuitates [20] firmaret [21] Iustiniani [22] nomine nuncupatur [23] ciuitates [24] dicioni [25] Persa [26] Constantinopoli [27] imperii [28] Antonia [29] palatium [30] tenentes [31] nueret [32] iubis.

anolus isti [1]; et quis eum mihi dedit, tibi latere non potest. » Cumque cognuscens [2] Iustinianus anolum quem dederat, recordatus suae promissione iobit [3], eam (f. 79, v°.) cobigolum [4] intromitti, uestisque induae [5] splendedis, suo aestratu in nomini Agusti [6] sociauit. Quod cum perlatum fuisset in populo, factione senatus uulgo clamitat: « Domine emperator [7], redde muliere nostra [8]. » Quod Iustinianus audiens, diligenter inquirens inicium factionis huius, duos ob hoc uerbo iubet senatores interfeci. Omnes quiaeuerunt in posterum; ne quisquam audebat exinde uerbo proferre. Accipit et Bellesarius Antoninam uxorem.

Cum unico amore Iustinianus diligerit Bellesarium, et eum patricium partibus Africe quod a Vuandalis non fuerat occupatum, instituisset, eumque multis opibus adsiduae ditaret, quaerebat senatus ob inuidia [9] quo pacto eum perdere potuessent [10], dicentes Iustinianum unianimiter,ingredientes segillate [11] ad eum : « Si Bellesarii consilium uoluissemus subcumbere, iam olim ab imperio fueras degradatus. Ipse disponit ut tibi succedat in regnum. » Quod ille audiens, tacite aduersus Bellesarium zelum ducens, cum consilio senatu [12], iobet [13] eum ab Africa Vandalus [14] expugnare; ibi uiri fortissimi (f. 80.) et multi legionis [15] militum a Vuandalis saepe fuerant trucidati. Bellesarius habens pueros proprios XII milia, quos propriis stipendiis alebat, uiros fortis [16] ad prilio [17], et de patriciatum [18] XVIII milia priliatores ueros [19] qui procedebant ad bellum. His auditis, Bellesarius cum arbitraret impossebile [20] Vuandalos superare, grauem [21] errore perterritus ad propriam remeauit. Cumque eum Antunina adflictum et merentem uidisset, et non potebat cognuscere quae haec esset adflictio, sollicita per pueris [22], nec quisquam ei hanc rem indicare potebat, dum omnibus illis esset incognetum, reuertens ad ipsum, dixit : « Domeni mi, quare merore depraemeris, et, more solito ueniens de imperio non laeteris? Ne forte aliquid sit offendiculum? Indica mihi huius causae euentum. Fortam [23] ancilla tua inibit tibi consilium oportunum ut reuertatur meror in laeticia [24]. » Dixitque Bellesarius ad eam : « Haec [25] causa [26] consiliare mulieribus non expedit, nec quicquam est tecum in hanc rem utle [27]. » Illa uero, cum esset christiana, narrans uirum : « Scriptum

[1] iste [2] cognoscens [3] promissiones iubit [4] cubigulum [5] indui [6] nomine Aguste [7] imperator [8] mulierem nostram [9] nuidiam [10] potuesset [11] sigillatim [12] senatusi [13] iubet [14] Vuandalus [15] fortissime et m. legiones [16] fortes [17] proelia [18] patriciatu [19] proeliatores uiros [20] inpossibile [21] graui [22] pueros [23] Forte [24] laeticiam [25] Hanc [26] causam [27] hac re utile.

est : Saluabitur uir infidelis (f. 80, v°.) per mulierem fidelem. Indeca [1] mihi quae sit ista condicio,credo de omnipotentis Dei uirtute ut detur tibi consilius [2], diuina inspiratione, ut possis dies malos euadere. » Bellesarius haec audiens, narrat uxori decreto imperatoris contra Vuandalis [3] iret ad bellum. Dixitque Antunina [4] ad eum : « Voui tae deinceps baptizatum Christum dominum trinitatem inseparabilem credi fideliter. Scias illius uirtutem [5] et solatium [6] Vuandalus [7] superabis, et eris ob hoc gloriosior quam fuisses. » Quod Bellesarius deuotissime se impleturum promittens, dixit ad eum Antonina : « Duodece milia pueros quos proprios habemus, adhibe tecum IIII milia et decem et octo, patriciatus tui pugnatores adhibe tecum XII milia. Ibis cum eis terrenum exercitum, et ego de pueris VIII milia, et ex militibus VI milia uadam euicto nauale. Statuta diae, pariter undique circumdemus castra Vuandalorum, diuino protecti auxilio, superauimus [8] eos, domine mi, si huius fueris usus consilium [9] ancillae tuae, prouidentia Dei optata perficies. Qui nobis cum in domo sunt (f. 81.) non te cognuscant merentem quid corde reteneas hilari uulto [10] significa. Cum tu terreno, et ego mare iter arripemus signum daturi, inuicem noctis tempore focos, tui in litore faciant, et nos lucernas in naues erigemus utaque [11] sit euentus noster. Nec oportet quemquam urguere, sed pariter phalangis uterque circumdemus inimicis. » Cum fuisset consilius [12] huius rei Antuninae [13] utelis, uterque sic properant. Vuandali cum Ghyldemere eorum principe cumperto exercito terreno, nauali [14] prilio [15] paenitus ignorantis, [16] castra metantes super litore maris congregatis liberis et mulieribus, contra Bellesario procedunt ad bellum. Cum iam prope conflictum adessent certamine Antunina cum suis exiuit in litore, omnesque liberos et mulieres Vuandalorum deliuit [17], nec anima quicquam ex illis uiuere permisit. Nuncius uelocissime ad Ghyldemere [18] peruenit uxores et liberos Vuandalorum fuisse delitis [19]. Ghyldemer et Vuandali, destructa phalanga priliae [20] retrorsum curso ueloci pergunt (f. 81, v°.) ad [21] castris. Tunc Bellesarius et Antunina [22] undique circumdatis Vuandalis trucidant et usque ad internitionem deliti [23] sunt. Ghyldemer rex cum paucis duodecem tantum Vuandalis, in quodam castro tutissimo fugiens, nec tamen liberatos,

[1] Indica [2] consilium [3] imperatoris quod contra Vuandalos [4] Antonina [5] uirtute [6] solatio [7] Vuandalos [8] superabimus [9] consilio [10] uultu [11] uteque [12] consilium [13] Antoninae [14] terreno et nauali [15] proelio [16] ignorantes [17] deleuit [18] Ghyldemerem [19] deletos [20] proelii [21] de [22] Antonina [23] delete.

coartatus angustians [1] Ghyldemer petebat Bellesario tantummodo non legato eum imperator praesentaret [2]. Bellesarius promittens nec ferri, nec ligni neque corridiae [3], nec aeris legamini non [4] constringeretur. Ghyldemer credens a Bellesario captus est, regale tamen legam [5], catena argentea eum constrigit, sociusque [6] suos interfecit, illum tantum singulum Iustiniano praesentauit. Quem Iustinianus in palatio habitare iussit suo. Sed, a suis exputus, a diuersis opprobriis, oppraemebatur grauiter; petensque imperatore [7]: « Non possum tantis oppropriis sustenire [8]; exputum me et repinctum habitatores palatii tui oppraemunt. Melius mihi est mori quam uiuere. Si iubebas, qui me expuunt et oppraemunt duodecim ex his (f. 82.) ego singulos cum aequum quem habui, ante conspectum gloriae tuae armati accederemus ad prilium [9]. Cognuscebas cui ex nobis sit utelitas [10] an ignauia. » Quod Iustinianus pro spectaculum XII iuuenis huius prilii [11] Ghyldemer cum aequites [12] iussit confligi. Ghyldemer uero, cum contra eos adgreditur, fuga fingens, hos XII singillatim totus interfecit. Post haec, iusso Iustiniani Ghyldemer eunucus fietur, et in prouincias contra Persas uicinas patricius ordenatur [13], et multa prilia et uicturias [14] contra Persos aegit. Senatus aduersus Bellesarium dinuo inuidia sectantis [15], cum Iustinianum [16] eum faciunt odiosum, quod ille uicturiam [17] super Vuandalis elatus, imperio uellet arrepere [18], de patriciati honorem [19] degradatur, cum non potuissent perficere ut interficeretur. Iustinianum ab honore imperiae [20] dignitate conantis eiecere factionem quadam die Iustinianum hortantes ut circum expectaret et consolatum populi daret, electum quaedam [21], nomen Florianum, uolentes imperio sublimare, Iustinianum custudia [22] singulum (f.82, v°.) retenentes, eiusque coronam abstulta. Iustinianus mittens puerum ad Bellesarium ut ei [23] adiuuaret, illi dicens : « Sublimatus honoribus quod [24] habui fuissem [25], poteram adiuuare. Modo nihil ei posso [26] praestare adiuturium [27]. » Ordenans suis pueris circum adpraehendere ubi cathedra imperiae [28] Floriani parabatur. Ipse illis partibus adoraturum se Florianum fingens, praecedit, dicensque pueris : « Omnes inimicos meos circuaeto [29] cathedram imperatori [30] uideo. Quodcumque me inientem uideritis, et uos sitis facturi. » Illi [31], fingens Florianum

[1] angustia [2] praesentare [3] corrigiae [4] legamine non (*barré.*) [5] legamen [6] socios [7] imperator [8] sustinere [9] proelium [10] utilitas [11] proelii [12] aequite [13] ordinatur [14] proelia et uictorias [15] sectantes [16] Iustiniano [17] uictoriam [18] arripere [19] honore [20] imperii [21] quendam [22] custodia [23] eum [24] quos [25] non (*barré.*) fuissem [26] possu [27] adiutorii [28] imperii [29] in circuitu [30] imperatoris [31] ille.

adorare, gladium [1] percussit, omnesque inimicos suos suae [2] circumdantes pueri interficerunt [3]. Coronam imperiae [4] captam, ad Iustinianum ueniens dixit : « Adulatores tui te ab honorem [5] imperiae [6] degradati sunt. Ipsorum consilium usus consensus es humilitatem meam, ego uero tibi reddam bona pro malis et non fidem tuam tractans, sed meam meminens promissionem, fidemque seruans inlibatam. » (f. 83.) Inposuit coronam capitis [7] Iustiniani, eumque in imperio constituit. Bellesarius multa prilia [8] cum Persis agens, eos gloriosis sime uicit. Ab Vccelenum [9] quidam [10] Franco in AEtalia [11] superatus est tantae uicturiae [12] nomenis gloriosus ab Vcceleno uictus, nomen uitamque admisit.

[1] gladio [2] sui; [3] interfecerunt [4] imperii [5] honore [6] imperii [7] capiti; [8] proelia
[9] Vcceleno [10] quodam [11] Italia [12] uictoriae

# IIII

## PRAEFACIO GREGORII.

Decedente atquae immo potius pereunti ab urbibus gallicanis liberalium cultura litterarum, cum nonnulliae res gererentur uel rectae uel inprobe, ac feretas gentium desaeuiret, regum furor acuaeretur, aeclisiae inpugnarentur ab hereticis, a catholicis tegerentur, ferueret Christi fides in plurimis, tepisceret in nonnullis, ipsaäe quoquae aeclisiae uel ditarentur a deuotis uel nudarentur a perfedis, nec repperire possit quisquam peritus dealectica in arte gramaticos qui haec (f. 83, v°.) aut stilo prosaico aut metrico depingerit uerso, ingemiscebant saepius cleri[1] que dicentes : « Vae diebus nostris quia periet studium litterarum a nobis nec repperiretur in populis qui gesta praesentia promulgare possit in paginis. » Ista etenim atque et his similia iugiter intuens dici pro commemoracione meritorum ut noticiam adtengerent[2] uenientum etsi incultu effatu neque tamen obtigere uel certamina flagiciosorum rectae uiuentium et praesentem his inlicitus stimulis quod a nostris fari plerumque miratus sum, quia phylosophantem rethorem intellegunt pauci. loquentem rusticum multi, libuit etiam anim ut pro supputatione annorum ab ipso mundi principium libri primi poneretur inicium (f. 84.-84, v°.)

Incipit capetolares libri quarti quod est scarpsum de cronica Gregorii episcopi Toronaci. In Christi nomine fiat.

I. De Chunis et Agecium[3] patricio.

[1] clerici [2] adtingerent [3] Agecio.

II. De Francorum origene et eorum regibus.

III. De docibus Francorum tres, et pugnas cum republeca.

IIII De Francis et Valentiniano imperatore.

V. De regis [1] dinuo in Francis creatis.

VI. De Iuuiniano et Constantino uel Honorio imperatores [2].

VII. De euersione urbis Treuerice que a Francis facta est per Lucium.

VIII. De Castino domesticorum comite pugna cum Francis.

VIIII. De initium regis [3] dinuo Francorum.

X. De Auito imperatore.

XI. De Hilderico regi Francorum et Vuiomado Franco.

XII. De Basina regina et Chylderico.

XIII. De Eorico rigi Gotorum et baseleca sancti Iuliani.

XIIII. De Idicium aelemosina tribuente.

XV. De inicium rigni [4] Chlodouiae et Syagrium [5] patricium [6].

XVI. De Chlodoueum et sanctum Remidium episcopum urbis Reminsis.

XVII. De Gundiocum regem Burgundionum et filies eius.

XVIII. De Chlodoueo rigi et Chrodehilde rigina et Auriliano qui follem perdedit (f. 85.)

XVIIII. De Aridio sapiente et eius consilio.

XX. De coniuncione Chrodechilde et Chlodoueo [7].

XXI. De initium [8] christianetates [9] Chlodouiae [10] et beatum Remedium qui eum baptizauit.

XXII. De Godeghisilum et Gundobadum et Chlodoueum.

XXIII. De consilium Aridis sapientis, Gundebadum et Chlodoueum regis.

XXIIII. De Alarico regi Gotorum et Chlodoueo.

XXV. De interitum Chloderico filium Sygiberti regis.

XXVI. De interitum Charirico rigi.

XXVII. De interetum Ragnachari regis.

XXVIII. De interetum Chlodoueae regis.

XXVIIII. De diuisionem regni inter filiis [11] quattuor Chlodouiae [12] reges [13].

XXX. De Amalrico filium Alarici regis.

XXXI. De Alanis qualiter in regno Francorum interfecti sunt.

1 regibus 2 imperatoribus 3 initio regum 4 regni 5 Chlodouei et Syagrio 6 patricio 7 Chlodouei 8 initio 9 christianetatis 10 Chlodouei 11 filios 12 Chlodouei 13 regis.

XXXII. De regis[1] Toringorum et Toringia dicione Francorum subgicitur.

XXXIII. De Gundobadum[2] et filium[3] eius Sigismundum[4].

XXXIIII. De transetum[5] Sigismundi.

XXXV. De obetum[6] Chlodomere. (f. 85, v°.)

XXXVI. Quod rignum Burgundiae dicione Francorum subgicitur.

XXXVII. De pacem falsam inter Childeberto et Theuderico.

XXXVIII. De Chrodechilde regina et nepotebus suis qui Chlothario[7] sunt interfecti.

XXXVIIII. De obetum Theuderici.

XL. De Childebertum[8] et Theudebertum[9] contra contra Chlothario[10] agentes.

XLI. De Childebertum[11] et Chlotharium[12] in Spanicim exercitum adgressis.

XLII. De Theuthachadum[13] regem[14] Spaniae interfectum[15].

XLIII. De uxorem et filia Theuderici regis Italiae interfectis et conpositione.

XLIIII. De Theudebertum[16] in AEtalia ingressum[17] et AEthaliam[18] receptam[19].

XLV. De Virduninsis a Theudeberto recoperatis.

XLVI. De mortem[20] Chlodechilde riginae.

XLVII. De Agylianem[21] regem[22] Spaniae.

XLVIII. De Atagildum[23] regem[24] Spaniae.

XLVIIII. De Theudebaldum[25] filium[26] Theudeberti.

L. De Buccelenum[27] ducem[28] Belesarium et Narsaedem patricies[29]. (f. 86.)

LXVIII. De Mummolo patricio et Langobardis uel Saxonebus.

LXVIIII. De Chlodoueum[30] filium Chliperici[31].

LXX. Quod Chilpericus ciuitates de rignum[32] Sigiberti peruasit.

LXXI. De interetum[33] Sigyberti et pacem Gunthaechramni.

LXXII. De exilio Brunichilde[34] et rignum Childeberti.

[1] regibus [2] subiicitur-Gundobado [3] filio [4] Sigismundo [5] transetu [6] obeto [7] a Chlothario [8] Childeberto [9] Theudeberto [10] Chlotharium [11] Childeberto [12] Chlothario [13] Theuthachado [14] rege [15] interfecto [16] Theudeberto [17] ingresso [18] Aithalia [19] recepta [20] morte [21] Agyliano [22] rege [23] Atanagildom [24] rege [25] Theudebaldom [26] filiom [27] Buccelenom [28] duce [29] patriciis. *Les rubriques* LI-LXVII *manquent par suite de l'enlèvement d'un feuillet* [30] Chlodoueu [31] filiu Hlliperici [32] rigno [33] interetu [34] Brunichildis

LXXIII. De reppotacionem [1] annorum ab Adam usque transitum Sigyberti.

LXXIIII. De Meroueum [2] filium [3] Chilperici et Brunichilde [4].

LXXV. De Chlodouium [5] filium [6] Chilperici et pugnam Mummoli patricii et Desideriae ducis.

LXXVI. De pugnam [7] inter Suaeuos et Saxones.

LXXVII. De comete Brittanorum.

LXXVIII. De Guntharamnum et Childebertum adoptatum filium [8].

LXXVIIII. De Iustiniani imperatoris amentiam et uxorem eius Suffiam.

LXXX. De tinsuro Narsedis patricium [9].

LXXXI. De largissimis aelemosenis Tiberiae [10] imperatoris et Subfia agusta.

LXXXII. De rigimini [11] Childeberti, et inundacionem aquarum et igne de caelo ciuitati [12] et uicis [13] urentem.

LXXXIII. De filiam [14] Sigyberti nomini Sidegundem [15] uxorem [16] Ermengildu [17]. (f. 86, v°.)

LXXXIIII. De mortem [18] filiis [19] Chilperici tres [20].

LXXXV. De fugam [21] Mummoli.

LXXXVI. De pacim [22] Chilperici et Childeberti falsa.

LXXXVII. De reclauso, nomini Ospicio.

LXXXVIII. De mortem Chlodini ducis.

LXXXVIIII. De Gundoaldo filio Chlothariae qui rignare ciperat et interfectionem [23] Mummoli.

LXL. De quod Chilpericus Parisius inuadit.

LXLI. De temorem [24] Chilperici ut Eternoacum fugit.

LXLII. De Childebertum [25] quod in AEtaliam fuerat adgressus.

LXLIII. De Chilperico, quod filiam suam in Spania cum tinsauris derexit, et incontinuo Cala uilla mortuus est. (f. 87.)

[1] suppotacione [2] Meroueo [3] filii [4] Brunichildis [5] Chlodouio [6] filiu [7] pugna [8] Gontharamno et Childebertom adoptatos in filios [9] patricii [10] Tiberiai [11] rigimine [12] ciuitates [13] uicos [14] filia [15] Sidegunda [16] uxore [17] Ermengildi [18] morte [19] filiorum [20] trium [21] fuga [22] pace [23] interfectione [24] timore [25] Childeberto.

I. Cumque Vuandali praeterissent a Galliis, nec multo post tempore Chum[1] Gallias ingredi disponebant; quod cum beatus Aruatius episcopus Thungrorum ciuetatis[2] audisset Romam pergit ad limina sancti Petri apostoli, ibique cottidianum ieiunium et uigilias adsiduae[3] faciens, in uisione somnii ab apostulo responsum accipiens decretum ab altissimo Chunus ingredi Gallias, protenus ad ciuitatem suam rediret precidens eius oboetus hoc malum non uideret. Aecium[4] patricium huius chronici gesta laudatur, uirilis habitu formatus, animo alacer, membris uecitus, aequis prumptissimus, sagittarum peritus, conti impiger, bellis aptissimus, pacis aptatur caelebris, nullus[5] auariciae (f. 87, v°.) sectatur, bonis animae praeditus, iniuriarum pacientissimus, labores adpetens, inpauidus pericolorum, famis, sitis, uigiliarum tolorantissimus, cui ineunte aetate praedictum liquet[6] quanti potentiae fatis destinarentur temporibus suis lucisque caelebrandus; haec superdictus storiographus de Aiecio narrat. Cum inisset certamen cum Chunis que gessit Ydatius suae storiae huius uolumine narrat. Nam his diebus orationem uxoris suae ad limina beatissimorum apostolorum Petri et Pauli ieiuniis et uigiliis discurrentem, intercedentibus apostulis, Aiecius a periculis liberatur. Reuelatum[7] cuiusdam[8] pauperi nunciantem[9] uxoris Aieciae orationibus fuisse saluatum; quod cum a pauperi proditum (f. 88.) fuisset, pauper caecitate percutitur.

II. De Francorum uero regibus beatus Hieronimus qui iam olym fuerant scripsit. Quod prius Virgilii poetae narrat storia, Priamum primum habuisse regi[10], cum Troia fraude Olexe caperetur, exinde fuissent egressi; postea Frigam habuissent regem, befaria diuisione partem eorum Macedonia fuisse adgressa, alii cum Friga uocati Frigiis, Asiam peruacantes, litoris Danuuii fluminis et mare Ocianum[11] consedisse. Dinuo byfaria deuisione Eurupam media ex ipsis pars cum Francionem[12] eorum rege ingressa[13] fuisse Eurupam, peruagantis cum uxoris[14] et liberis Reni ripam occupant nec procul a Reno ciuitatem ad instar Trogiae nominis aedificare conati sunt. (f. 88, v°.) Ceptum quidem, sed inperfectum opus remansit, residua eorum pars

[1] Chuni [2] ciuitatis [3] assidue [4] Aiecium [5] nullius [6] reliquet [7] Reuelatum est [8] cuidam [9] nunciante [10] regem [11] Ochianum [12] Francione [13] ingressi [14] uxoribus.

que super litore Danuuii remanserat, elictum [1] a se Torcoth nomen [2] regem per quem ibique uocati sunt Turchi, et per Francionem hii alii uocati sunt Franci, multis post temporibus cum ducibus externas dominationis [3] semper negantes.

III. Francos transegisse [4] conperimus usque ad Marcomere, Sonnoni et Genebaudum [5] ducibus, cum quibus temporibus imperatoris Theodosiae in Germaniam prorumpentes pagus [6] depopulantes, etiam Coloniae metum incusserunt; quod cum Treuerus perlatum fuisset, Nanninus et Quintinus magisteri militum collecto exercito Francos de Germania eiexerunt. Apud Carbonariam de Francis stragis [7] fietur[8]. (f. 89.) Post Eraclio [9] et Iouiano cum exercito ultra Renum transeuntis [10], disponentis [11] Francos ad internicionem perducere, tantae strages ex militibus a Francis factae sunt ut AEraclius et Iouianus cum paucis de eodem prilio [12] potuissent euadere, nec ulterius aduersus Francos praesumpserunt arma adrepere[13]. Post paucum temporis Arbogastis [14] superbiae aelatus aduersus Francos arma commouit, cum eos [15] demigans uictus effugit.

IIII. Franci Treuerus hiemando resedere praesumunt; Valentiniano imperatore infra priuatom modum redactum militaris rei cura Francis satillitibus [16] tradita[17], cyuilia quoque officia transgressa in coniuratione Arbogastis 'sacramentis obstricti sunt. Arbogastis Marcomerem et Sonnonem ducibus [18] (f.89,v°.) odiis insectans, exercito [19] fraude Francos deceptus [20] urendusque cum decursis foliis, nudi atque arentes siluae insidiantes adgredere, transgressum Renum paum quem Amai incolunt depopulatus est.

V. Dehinc extinctis ducibus in Francis dinuo regis creantur ex eadem stirpe qua prius fuerant.

VI. Eodem tempore Iouianus ornatus [21] regius [22] adsumpsit. Constantinus [23] fugam uertens AEtaliam [24] dirigit, missis a Iouiano principe obuiam percussoribus super Mentia flumene capite truncatur. Multi nobilium iusso Iouiani apud Aruernis capti et a docibus [25] Honoriae crudeliter interempti sunt.

VII. Treuerorum ciuitas factione uni ex senatoribus nomen Luci [26] a Francis capta et incinsa [27] est. Cum Auitus 'imperator esset luxo-

[1] electum a se T. [2] nomene [3] dominationes [4] transisse [5] Genebaudo [6] pagos [7] strages [8] facta est [9] postea [10] transeuntibus [11] disponentes [12] prelio [13] adripere [14] Arbogastus [15] eis [16] satellitibus [17] tradita est [18] ducis [19] exercitu [20] deceptos [21] ornatum [22] regium [23] Constantinum [24] Italiam [25] ducibus [26] nomene Lucius [27] incensa

riae deditus, et iste Lucius habens (f. 90.) mulierem pulcherrimam cunctorum, fingens Auitus ab infirmitatem corporis lectum depraemere, iussit ad omnis[1] sinatricis[2] eum[3] requererint. Cumque uxor uenisset Lucio [4] uim [5] ab Auito oppraessa fuisset, in crastino surgens de stratu Auitus dixit ad Lucio[6] : « Pulcras termas habes, nam frigido labas. » Haec indignante Lucio suae factione derepta est ciuetas et incensa a Francis.

VIII. Castinus domesticorum comex expedicionem accepit contra Francos eosque proterit [7], Renum transit, Gallias peruagatur, usque ad Paerineos montis peruenit.

VIIII. Franci electum a se regi [8], sicut prius fuerat, crinitum inquirentes diligenter ex genere Priami, Frigi et Francionis super se creant, nomene Theudemarem [9] filium Richemeris, qui in hoc (f. 90, v°.) prilio, co [10] supra memini, a Romanis interfectus est. Substituetur filius eius Chlodeo [11] in regno, utilissimus uir in gente sua qui apud Esbargin[12] castrum resedebat, quod est in termino Thoringorum. Burgundionis quoque Arrianorum secta utebant, sedentes in Cysalpinis. Chlodeo [13] missis exploratoribus ad urbem Camaracum perlustras [14] omnia ipse sequitur Romanus[15] proterit[16], ciuitatem capit, usque Summam[17] fluuium occupauit. Haec generacio fanaticis usibus culta est. Fertur super litore maris, aestatis tempore, Chlodeo [18] cum uxore resedens meridiae, uxor ad mare labandum uadens, bistea [19] Neptuni quinotauri similis eam adpetisset. Cumque incontinuo aut a bistea aut a uiro fuisset concepta, peperit filium nomene (f. 91.) Meroheum per co[20] regis [21] Francorum post uocantur Merohingii.

X. Auitus imperator luxoriose apud Placenciam urbem episcopus ordenatur et post ad baselica sancti Iuliani fugiens uitam amisit.

XI. Childericus uiro filius Meroheo [22] cum successissit [23] patri [24] in regno[25], nimia luxoria dissolutus filias Francorum stubro[26] tradit[27]. Illi uero ob hoc indignantes em[28] de regno eieceunt[29]. Vuiomadus Francus fidelissimus ceteris Childerico, qui eum cum a Chunis cum matre captiuus duceretur, fugaciter liberauerat, haec euentum aureum cum Childerico diuidens, dum cerneret eum Franci interficere conarentur, dixitque ei: « Fugi [30] in Toringia, latita aliquantulum ibi; si tibi

[1] omnes [2] sonatrices [3] ut eum [4] Lucii [5] ui [6] Lucium [7] preteriit [8] rege [9] Theudemerem [10] prelio quod [11] Chlodoues [12] Esbargim [13] Chlodoueo [14] Camaram cum perlustrans, *corr.* perlustrasset [15] Romanos [16] prodiit [17] Suminam [18] Chlodoueus [19] bestia [20] quem [21] reges [22] Meroueo [23] successisset [24] patris [25] regnum [26] stupro [27] tradedit [28] eum [29] eiecerunt [30] Fuge.

potuero Francos placare, istum aureum medium tibi ad signa dirigo, etsi non (f. 91, v°.) potuero, ubicumque adgressus fueris mihi notam facias uias[1] tuas[2]. Quando quidem potuero et istam partem tibi direxero, partisque coniuncti unum efficerint solidum, tunc securus patriam repedabis. » Childericus habitans in Thoringia apud regi[3] Bysino[4] uxoremque eius Bysinam lacuit[5]. Franci tunc Eieio unianimiter regem adsciscunt. Vuiomadum amicus Childerici subregulus ab Eieio Francis instituetur, eiusque consilio omnes Francos singulos aureos tributauit, adquiescentes inpleuerunt, dicens iterum ad Eiegio Vuiomadus: « Gens haec durissima quae mihi agendum iussisti, parum adtributati sunt, superbiam[6] saeuiunt, iubae ut ternos soledus tribuentur. » Quod cum factum fuisset adquiescentes Franci (f. 92.) dixerunt: « Melius nobis est ternos soledus tributa dissoluere quam cum Childerico grauissimam uitam ducere. » Vuiomadus iterum ad Egegio dicens: « Reuellis[7] existunt tibi Franci, nisi preciperis ex eis plurimus iugulari, eorum superbiam non migas[8]. » Electis a Vuiomado c inutiles et in necessitatibus incongruos ad Eiegio direxit, quos Eiegius consilio Vuiomadi usus interficere iussit. Vuiomadus secrecius dicens ad Francos: « Non suffecit tributa quas soluetis, quamdio hoc malum sustenere uolestis[9], ut parentes uestri sicut pecora iugulentur? » Tunc Franci unianimiter dicentes: « Si Childerico[10] ubicumque potuissemus conperire, libenter eum super nos recipebamus[11] ad regem, forsitam per ipsum de his (f. 92, v°.) adflictionibus eripiebamur[12]. » Tunc Vuiomadus protinus ad Eiegium uadens, dixit: « Modo est gens Francorum tuae disciplinae perdomita. » Dans idemque consilio laegatus[13] ad Mauricio[14] imperatorem dirigi[15], gentes que uicinas[16] erant possi adtrahi, ut uel quiquaginta milia soledorum ad[17] imperatorem dirigerentur, quo pocius gentes accepto in munere se imperio subiecerint. Addens dixitque ad eum: « Aliquantulum solidos tuae instantiae locum accipiens militaui, parum seruus tuus largentum[18] habeo. Vellebam cum tuis legatis puerum dirigere ut melius Constantinopole mihi argentum mercaret. » Tunc acceptis ab Eiegio quingentos in munere aureos quos ad hoc opus emendum transmitteret, misit puerum creditarium sibi cum mediam (f. 93.) partem aureae quem cum Childerico deuiserat, saccellum plenum

[1] uiam [2] tuam [3] regem [4] Bisinum [5] latuit [6] superbia [7] rebellis [8] mitigas [9] uoletis [10] Childericum [11] recipiemus [12] eripiemur [13] consilium laegatos [14] Mauricium [15] diregi [16] uicinae [17] ab imperatore [18] argentum.

plumbeis, quod puer pro solidos secum portaret. Conperto iam Childerico Constantinopole esse cum legatis Eiegii puer adgreditur his uerbis instructis[1], ut legatis[2] precederit[3] et Childeri[4] protinus nunciaret[5], prius quam legati conspectum[6] imperatoris uenirent, quod Eiegius qui tributa publecis aerariis solui debebat tributa imperatori soluendum quereret. Quod cum Childericus Maurucio[7] imperatori nunciasset[8], repletus forore et indignationem, cum legati Eiegio ei presentati fuissent, his uerbis suggerentes, iobit[9] eos retrudi in carcerem. Dixitque Childericus ad Mauricium imperatorem : « Iobe[10] me seruo tuo ire in Gallis[11]. Ego fororem[12] indignationis tuae super Eiegio (f. 93, v°.) ulciscor. » Multis munerebus a Mauricio Childericus ditathus euicto[13] nauale reuertit in Galliis. Quem cum Vuiomadus nunciante puero conperisset, castro Barro ad ipsum uenit, et a Barrentibus[14] receptus est, eorumque omnes redditus publecus[15] pro inicium[16] receptionis consilio Vuiomadi benigne concessit. Deinde ab omnes[17] Francos[18] resublimatur in regno, multaque prilia[19] cum Eiegio egit; plures strages ab ipso facti sunt in Romanis.

XII. Basina qui Bysinum regem in Thoringia iugalem habebat, cum audisset Childericum a Francis in regno[20] sublimato[21], curso ueloci relinquens Bisinum ad Childericum transit. Qui cum eam sollicite interrogaret qua de causa ad eum de tam longe uenisset, respondisse fertur : « Noui, inquid, utilitatem tuam, (f. 94.) quod sis ualde strenuus, ideoque ueni ut habitem tecum ; si uteliorem sub caelo scissem ad eodem[22] expetissem. » Quem[23] Childericus gaudens et diligens eiusdem pulchritudinem in coniugio copolauit. Cum pri[24] nocte iugiter stratu iuncxissent, dicit ad eum mulier : « Ac nocte a coitu uirile[25] abstenebimus. Surge secrecius[26], et quod uideris ante aulans[27] palaciae dicis ancillae tuae. » Cumque surrexisset uidit similitudinem bisteis[28] leonis, unicornis et leupardi ambolantibus[29]. Reuersusque dixit muliere[30] que uiderat. Dicit ad eum mulier : « Domini mi, uade dinuo et quod uideris narra ancillae tuae. » Ille uero cum foris adisset, uidit bysteas similitudinem ursis[31], et lupis[32] deambulantibus[33]. Narrans et haec mulieri, conpellit eum tercio ut iret et quod uidebat (f. 94, v°.) nunciaret[34]. Cumque tercio[35]

[1] instructus [2] legatos [3] precederet [4] Childerico [5] nuntiaret [6] in conspectum [7] Mauricio [8] nuntiasset [9] iubet [10] iube [11] Galleis [12] furorem [13] et uictu [14] Barrensibus [15] publicus [16] initium [17] omnibus [18] Francis [19] prelia [20] regnum [21] sublimatum [22] eundem [23] quam [24] prima [25] uirili [26] secretius [27] aulas [28] bisti [29] ambolantes [30] mulieri [31] ursi [32] lupi [33] deambulantes [34] nuntiaret [35] tertio.

exisset uidit bisteas [1] minores similitudinem canis et minoribus bistiis [2] ab inuicem detrahentes et uolutantes. Cumque Basinae haec uniuersa narrasset, abstinentes se caste usque in crastinum, surgentes de stratu, dixit Basina ad Childericum: « Que uisibiliter uidisti, uiritate [3] subsistunt. Haec interpretationem habent: nascitur nobis filius fortitudinem leonis signum et instar tenens; filii uiro[4] eius leupardis et unicornis fortitudine signum tenent. Deinde generantur ex illis qui ursis et lupis fortitudinem et uoracitatem eorum similabunt. Tercio [5] que uidisti ad discessum [6] columpna regni huius erunt que regnauerint ad instar canibus et minoribus bisteis [7] eorum consimilis erit fortitudo. (f. 95.) Pluretas autem minoribus bisteis [8] que ab inuicem detrahentes uolutabant, populos sine timore principum ab inuicem uastantur. » Concepit Basina et peperit filium nomen [9] Chlodoueum, haec[10] fuit magnus et pugnator egregius ad instar leoni[11], fortissemus cyteris regibus. Childericus cum Odouacrum regi Saxonorum Aurilianis pugnans, Andegabo uictor perrexit. Mortuo Egegio reliquid filium Syagrium nomen[12]. Eodem tempore Brittonis[13] de Betoricas ad Gothis expulsi multi apud Dolensem perempti. Paulus comex [14] cum Romanis et Francis bellum Gothis intulit et predas egit. Childericus, Odouacro superato, Paulo [15] cometae [16] interfecit, Andegauo obtenuit. His actis, inter Saxones et Romanos bellum gestum [17]. Saxones terga uertentes multis ex eis extinctis insulae eorum cum multo populo interempto Francis capte adque subuersunt [18]; ipso anno terre motus fuit.

XIII. Eoricos [19] Gothorum rex XIIII sui regni anno baseleca [20] sancti (f. 95, v°.) Iuliani Briuate columnis ornatum [21] mirificae construxit; regnans Eoricus ann. XX.

XIIII. In Burgundia nimia famis oppressio aduenit, cumque populus a fame diuersis regionibus dispergeretur, nec esset qui alimunia preberit[22], AEdicius quidam ex senatoribus magnam tunc rem in Deo fecisse perhibetur. Misit pueros suos cum aequitibus et plaustris per uicinas sibi ciuitatis [23] ut eos qui inopia uexabantur sibi adducerint. Cunctus[24] pauperis[25] quos inuenire potuerunt adduxerunt ad domum eius, ibique eos tempore sterelitatis pascens a fame liberauit. Fuerunt plusquam IIII milia quos aluit usque tempore ubertatis. Post quorum

[1] besteas [2] bestiis [3] ueritate [4] uero [5] tertio [6] discensum [7] besteis [8] besteis [9] nomine [10] hic [11] leonis [12] nomene [13] Brittones [14] comes [15] Paulum [16] comitem [17] gestum est [18] subuersi sunt [19] Eoricus [20] baselicam [21] ornatam [22] preberet [23] ciuitates [24] cunctos [25] pauperes.

discesso [1] uox e celis lapsa peruenit dicens AEdicio: « Quia fecisti rem hanc, tibi et semine tuo panes non indiget [2] in sempiternum. » AEdicius mirae uelocitatis fuit, pluris uicibus multitudinem Gothorum cum paucis in fugam conuertit. Cceuatrix rex Gothorum excidens Spanum limitem grauem in Gallies intulit (f. 96.) persecutionem.

XV. Defuncto Childerico, Chlodoueus eiusdem filius regnat pro eo. Anno autem quinto regni eius Syagrius Romanorum patricius apud ciuitatem Sexonas, quam quondam pater suos [3] tenuerat, sedem habebat, quem Chlodoueus cum Ragnachario inruens, Syagrius inlisum [4] cernens exercitum terga uertit et ad Alaricum regem Tolosa curso ueloce [5] perrexit. Glodoueus legatus [6] ad Alaricum mittens ut eum redderit [7] alioquin nouerit sibi bellum inferre. Ad ille metuens, ut Gothurum [8] pauere mus est, Siagrium uinctum legatis tradit [9]. Quem Ghlodoueus custodiae mancipauit, regemque[10] eius acceptum [11] eum gladium [12] truncare precipit [13]. Chlodoueus eo quod esset fanatecus ecclesias depretare [14] permisit.

XVI. Igitur de eclesia Remiciani urbis orcium magnum hostis abstulerat cum reliqua[15] menisteria. Sanctus ac apostolicus Remedius pontifex eiusdem urbis ad Glodoueo[16] ueniens (f. 96, v°.) postolas[17] si aliut de sacris uasis recipere non mereretur, saltim uel orcium illum reciperet. Audiens rex dixit: « Mitte nuncium usque Suissionas; ibi quae adquisita sunt deuidenda erunt. Si mihi illud sors dediret, peticionem [18] tuam implebo.» Cum preda in medio deuidenda puneretur [19], ait rex: « Rogo ut saltim mihi uas istud extra partem concedatis. » Haec regem dicenti, respondent Franci: « Gloriosi rex, que cernimus tua sunt, sed et nos tuos [20] sumus, domini [21], quod tibi placet fac. » Tunc unus leuis, inuidus et facilis uoce magna orceum inpulit dicens: « Nihil hinc accipies nisi quod tibi sors uera largitur. » Rex iniuriam hanc patientiae lenuit[22], sortem positam, acceptum orceum beati [23] Remedii [24] transmisit, seruans abditum sub pectore uulnus. Kalendas marcias iussit omnes armorum phalangiae [25] ostensurus ubi cunctis [26] circuebat [27] uenit ccd orciae [28] percussorem dicens ad eum: «Inculta est[29] arma tua, neque securis est (f. 97.) utiles[30].» Adpre-

[1] discessum [2] indegerit [3] suus [4] inlusum [5] ueloci [6] Clodoueus legatos [7] redderet [8] Gothorum [9] tradidit. Quem Chlodoueus [10] regnumque [11] accepto [12] gladio [13] precepit [14] depredare [15] et liqua [16] Chlodoueo [17] postolans [18] petitionem [19] poneretur [20] tui [21] domine [22] linuit [23] beato [24] Remedio [25] phalangias [26] cunctos [27] circuibat [28] ad orcii [29] sunt [30] utilis.

hensam [1] securae eius terrae deiecit, et ille cum paulolum inclinatus fuisset, rex eleuatis manibus securae capud eius defixit. « Sic, inquid, et tu Suisionas orceo fecisti ; » magnam sibi per hanc causam timorem statuens.

XVII. Fuit igitur Gundiochus rex Burgundionum ex genere Athanarici regis persecutoris. Huic fuerunt quattuor fili [2] : Gundobadus, Godegyselus [3], Chilpericus et Gudemarus [4]. Gundobadus Chilpericum fratrem suum interfecit gladium [5], uxorem eius legato ad collo [6] lapide aquis inmersit, duos filius [7] eorum gladio trucidauit ; duas filias exilo [8] condemnauit, quarum senior nomen [9] Saedeleuba, mutata ueste se Deo deuouit, iunior Chrothechildis uocabatur.

XVIII. Porro Chlodoueus legationem in Burgundia saepius mittens, conperentes[10] Chrothechilde, et cum non esset licetum [11] eam uidere Chlodouius [12] Aurilianum quendam ex Romanis, (f. 97, v°.) ingenio quo potebat Chrotechildem praeuidendam direxit. Ad ille nisi singulos [13] ad instar mendico [14] peram ad [15] dorso ferens ueste deforme [16], illis perrexit partibus, anolum Chlodouei quo pocius crederetur, secum portans. Cumque ad Ianuam [17] ciuitatem ubi Chrotechildis cum germana Saedeleuba sedebat uenisset, et illas [18] hospitalitate [19] peregrinis sectantes eum causae mercides suscepissent et pedis [20] eius Chrotechildis lauaret, Aurilianum [21] uerbo secreto inclinans ad eam dixit : « Domina mi, grande uerbo[22] tibi nunciaturus [23] sum, si loco [24] dare dignas ubi [25] secrecius [26] suggeram. » Illa annuens uerbo secreto audiens dixitque Aurilianus : « Chlodoueus rex Francorum me direxit, si uoluntas Dei fuerit te uult culminis [27] sui sociare coniugium, ut certeficeris [28] hoc anulum tibi direxit. » Quem illa accipiens, gauiso[29] gaudio magno dixitque [30] ad eum : « Accipe centum soledus pro laboris tui munere et anolum hoc meum[31]. Festinans reuerte [32] (f. 98.) ad dominum tuum et dic ei : Si me uult matrimunium[33] sociari protenus[34] per legatus[35] patruo meo Gundebado postoletur. Legati qui ueniunt, obtenta[36] ad presens firment [37] placitum sub caeleritate instituant. Nisi ad perperficiendum festinent Aridii cususdam [38] sapientis de Constantinopole aduentum uereor,

1 adprehensa 2 filii 3 Godegysilus 4 Godemarus 5 gladio 6 collum 7 filios 8 exilio 9 nomine 10 cum perentes 11 licitum 12 Chlodoueus 13 singulus 14 mendici 15 in 16 deformis 17 Iaenuam 18 illae 19 hospitalitatem 20 pedes 21 Aurilianus 22 uerbum 23 nuntiaturus 24 locum 25 ut 25 secretius 27 ad culminis 28 certefacias 29 gauisa 30 dixit 31 anolum meum 32 reuertere 33 matrimonio 34 protinus 35 legatos 36 obtentam 37 firmum 38 cuiusdam

cuius consilio si prius uenerit, haec omnia dissipantur [1].» Aurilianus eodem habito [2] quo uenerat redit ad propriam [3]. Cum iam prope Aurilianensim territorium nec procul a domo propaccesset [4] quedam [5] pauperi mendico [6] in uia secum iteneris [7] socium habebat, iam securus Aurilianus sopore depressus a collegam [8] suam [9] pera cum soledus [10] eiusdem furatur. Cumque a somno expertus fuisset maefore plenus curso ueloci perrexit ad propria dirigensque pueros inquirendum [11] mendicum qui peram eius portabat. Quem adprehensum Aurilianum presentant, eumque fortiter triduo caeso permisit ire mendicum. Protenus Aurilianus Chlodoueo regi per singula (f. 98, v°.) narrans, Soissionas [12] nunciat [13]. Quod cum Clodoueo utilitas et consilius Chlotechilde [14] placuisset, legatus ad Gundobadum dirigit, petens ut Chrotechildem neptem suam ei coniugium [15] sociandam traderit [16]. Quod ille denegare metuens et sperans amiciciam cum Chlodoueo inire, eam daturus spondet. Legati offerentes solido [17] et dinario [18] ut mos erat Francorum, eam partibus Chlodouei sponsant, placitum ad presens petentes, ut ipsam ad coniugium traderit [19] Glodoueo [20]. Nulla stante mora, inito placito Cabylonno nupcii [21] preparantur. Venientes cum caeleritate Franci, Chrotechildem a Gundebado acceptam leuantes in basternam cum multis theusauris ad Chlodoueo [22] diregunt. Chlotechildis [23] cum iam conperisset aduentum Aridio [24] reuertentem [25] ab imperio, dixit ad seniores Francis [26]: «Si uolestis me domino uestro presentare, remouite me de basterna, supra [27] aequum leuate et quantum protenus (f. 99.) potueritis, illis partibus caeleraeae [28]; in hanc basternam ad suam non posso [29] uenire presenciam [30].» Franci leuata Chrotechilde super aequum festini ad Chlodoueo [31] pergunt.

XVIIII. Cumque Aridius a Massilia uelocissimo curso haec audiens ad Gundobado [32] uenisset, dixitque ei Gundobadus: « Audisti quod amiciciam [33] cum Francis iniuemus [34] neptemque meam Chlodoueo tradedi uxorem?» Respondensque Aridius dixit: «Non est haec amiciciae [35] cultus, sed inicium [36] discordiae perpetuae. Remeniscere debueras, domini [37] mi, quod genitorem Chlotechilde [38] germano [39] tuo [40] Chilperico

[1] dissipentur [2] habitu [3] propria [4] propia accessisset [5] quendam [6] mendicum [7] in iteneris [8] collega [9] sua [10] solidis [11] ad inquirendum [12] Suissionas [13] nuntiat [14] Chrotechilde [15] ad coniugium [16] traderet [17] solidos [18] dinarios [19] traderet [20] Chlodoueo [21] nupcie [22] Chlodoueum [23] Chrotechildis [24] Aridii [25] reuertentis [26] Francos [27] et supra [28] caelerate [29] possum [30] presentiam [31] Chlodoueum [32] Gundobadum [33] amicitiam [34] iniuimus [35] amicitiae [36] initium [37] domine [38] Chrotechildis [39] germanum [40] tuum

gladium [1] trucidasti, matrem eius lapidem [2] ad collo [3] legata [4] negare iussisti, duos eiusdem germanos capite truncato in puteum fecisti proiecere. Si preualuerit iniuria [5] parentum uindecauit. Dirige protinus exercitum post eam ut reuertatur. Facilius unus [6] feris iurgium quam omni tempore tu et tui [7] scandalizeris (f. 99, v°.) a Francis. » Haec audiens Gundobadus ercitum [8] post tergum Chrotechildis retentandum [9] dirigit, qui consequentes thensarus et basternam cuncta retentant. Chrotechildis uero cum propinquasset Vilariaco in qua Chloueus [10] resedebat in territorio [11] Trecassino, aduc [12] antequam terminus Burgundiae Chrotechildis preteriret, rogans eis aulebus ducebatur duodicem leuuas [13] in utrasque partis [14] de Burgundia predarint [15], et incenderint [16]. Quod cum permittente Chlodoueo fuisset impletum, dixit Chrotechildis: « Gratias tibi ago Deus omnipotens quod inicium [17] uindicte de genitoribus et fratribus meis uideo. »

XX. Tunc ad presens Clodoueo perducetur [18], ipsamque in matrimonium Chlodoueus accepit, quam culto regale [19] perfecto dilixit amore. Habebat iam tunc Chlodoueus filium de concuba [20] nomen Theudericum. Chrotechildis cum primogenitum filium habuisset quem baptismum consecrare uellit, uerum [21] adsiduae [22] suadens (f. 100.) christianus [23] efficere, nullatenus ad conciliandum regis animus mouebatur dicens: « Deorum nostrorum iussione cuncta creantur, Deus uester nihil posse manifestatur. » Regina filium ad baptismum exibet. Baptizatus autem puer quem Ingomerem uocitabant in albis obiit. Qua de causa permutus [24] falle [25] rex increpabat regina [26] dicens: « In nomine [27] deorum meorum puer fuisset, uixerat. » Regina Deo omnipotenti gratias agens, ut de utero suo genitum in regno suo acceperit [28]. Post hunc genuit filium quem Chlodomere [29] uocauit. Cum baptizatus aegrotare coepisset, dicebat rex : « Et isti [30], sicut frater moritur. » Orante matre, Domino adiuuante, conualuit. Regina tamen adsiduae regi uerbis blandiciis ad Christi cultum suadebat.

XXI. Cumque bellum contra Alamannus Glodoueus [31] rex mouerit [32], suadente regina, uouit si uicturiam [33] obnebat [34] effecerit [35]

[1] gladio [2] lapide [3] collum [4] legato [5] iniuriam [6] unius [7] tuis [8] exercitum [9] retentandam [10] Chlodoueus [11] territurio [12] adhuc [13] leuguas [14] partes [15] predarent [16] incenderent [17] initium [18] perducitur [19] regali [20] concubina [21] uirum [22] assiduae [23] christianum [24] permotus [25] felle [26] reginam [27] Si in nomine [28] acceperet [29] Chlodomerem [30] iste [31] Chlodoueus [32] moueret [33] uictoriam [34] obteneret [35] efficeretur.

christianus. Cumque uterque phalangiae certamine iungentes, dixitque [1] Chlodoueus: « Deum inuoco (f. 100, v°.) quem Chrotechildis regina colit; si me iobaret [2] in hoc prilium [3], ut uincam hos aduersarius [4], eroque illi fidelis. » Alamanni terga uertentes in fugam lapsi [5]. Cumque regem suum cernerint [6] interemptum, nouem annis exolis [7] a sedibus eorum nec ullam potuerunt gentem conperire qui[8] ei [9] contra Francos auxiliaret, tandem se dicionem Chlodouiae [10] subdunt. Nam cum de prilio memorato superius Chlodoueus Remus fuisset reuersus, clam a sancto Remedio Remensis urbis episcopum[11] adtrahentem etiam Chrotechilde regina baptismi gratiam cum sex milia Francis [12] in pascha Domini consecratus [13]. Cum a sanctum Remedium[14] in albis euangelio[15] lectio Clodoueo adnunciaretur, qualem[16] dominus noster Ihesus Christus ad passionem uenerat, dixitque Chlodoueus: « Si ego ibidem cum Francis meis fuissem, eius iniuriam uindicassim[17]. » Iam fidem his uerbis ostendens christianum se uerum esse adfirmat.

XXII. Gudegiselus frater Gundobadi solatium per laegatis[18] (f. 101.) Chlodoueo postulans, cum eum conperisset fortissimo in prilies [19] promittens si eiecerit Gundobadum cum suo solatio a regno tributum partibus Clodouiae[20] dissoluerit [21]. Gundobadus ignorans do lum fratris Godegiselus ad eum misit dicens: « Veni ut resistamus[22] Francis unianimiter, ut quod aliae gentes passi sunt non feramus [23]. » Ad ille: « Vadam, inquid, et prebeam tibi auxilium. » Chlodoueus cum Francis aduersus hos duos regis [24] castra Diuionense campania dirixit [25] ad prilium. Godegyselus Chlodoueo coniungetur, ac uterque exercitus Gundobado [26] populo [27] adterit. Ad ille dolo [28] fratris cognuscens terga uertit, Rodani ripam percurrens, Auenionem urbem ingreditur. Godegisilus obtenta uicturia [29], promissa Chlodouio ex parte emplens [30], Viennamque triumphans, Chloueus rex post Gundobadum dirigit [31], eumque de ciuitate extragi uellit.

XXIII. Aridius prudentissimus uir cum Gundobado in [32] castra sedens ad Gundobado [33] agit [34]: « Oportet te linis [35] huiuri [36] homines (f. 101, v°.) feritatem, ego simulor a te fugire ad eum transibo ut faciam neque te neque hanc noceat regionem. Quodcumque tibi per

[1] dixit [2] adiuuaret [3] proelio [4] aduersarios [5] lapsi sunt [6] cernerent [7] exoles [8] que [9] eis [10] Chlodouio [11] episcopo [12] Francorum [13] consecratus est [14] Remedio [15] euangelii [16] qualiter [17] uindicassem [18] laegatos [19] priliis [20] Clodouei [21] dissolueret [22] resistemus [23] perferamus [24] reges [25] direxit [26] Gundobadi [27] populum [28] dolum [29] uictoria [30] implens [31] diregit [32] intra [33] Gundobadum [34] ait [35] lenis [36] huiusi.

meo[1] iniungit consilio[2], faciendum promitte, donec causam tuam dominus prosperat. » Aridius ualdedicens[3] ad Chlodoueum perrexit, dicens : « Illum perfidum Gundobadum relinquens tuae gloriae expeti ac benigniter[4] a Clodoueo recipetur. » Eratque iogundus in fabulis, strenuus in consiliis, iustus in iudicio et conmisso fidelis. Dixit ad Chlodouio[5] : « Tua est haec regio, quare eam uastare permittis? Iube Gundebadum tibi tributa soluendum; et ipsum et regionem dominabis. Quod si noluerit, perfice quod cepisti. » Haec iniuncta a Chlodoueo Gundobadus implere promittens, Chlodoueus rediit in Francia, relictis cum Godegyselo[6] quinque milia Francis. Exiens Gundobadus de Auinione, resumptis uiribus, Gudegyselus[7] Viennam circumdat, per aquedoctum in ciuitatem ingrediens, Godegiselum interfecit. Francis adgregatis (f. 102.) in unam turrem ferro trucidauit, nihilque postea Chlodoueo reddere disponens.

XXIIII. Igitur Alaricus rex Gothorum cum amicicias[8] fraudulenter cum Chlodoueo inisset, quod Clodoueus discurrente paterno legato suo[9] cernens aduersum Alarico arma commouit et in campania Voglauensim decimo ab urbe Pectaua[10] miliario Alarico[11] interfecit et plura manu[12] Gothorum trucidata, regnum eius a mare Terreno, per Ligere fluuio[13] et montes Pereneos usque Ocianum mare a Chlodoueo occupatum est. Thensaurus[14] Alarici a Tholosa auferens secum Parisius duxit, multis muneribus ecclesiam sancti Marthini et sancti Helariae[15] ditauit, quorum fultus auxilio haec cernitur implisse. Cumque Parius[16] perrexisset, ibique cathedram regni constituit.

XXV. Theudericus eiusdem filius ciuitatebus[17] captis circa maretima a patris iusso pari filius ad eum reuertitur. Filium Sygiberti regis nomen Chloderico quem cum exercito[18] in eius solatio contra Gotus[19] (f. 102, v°.) Chlodoueus habuerat linicies[20] uerbis dum per Scalde nauigarent, adtractum. Ipsi[21] uero patrem suum Sygibertum in Bochonia interfecit dolose, ipse a percussoribus Chlodouiae[22] interfectus est. Regnum Sigyberti absque ullo prilii[23] cum thinsauris Clodouius adsumpsit.

XXVI. Charirico rege parentem suum Chlodoueus interfecit et regnum suum sibi subdedit.

XXVII. Ragnacharium regem adque suum parentem Chlodoueus

[1] meum [2] consilium [3] ualedicens [4] expeti benigniter [5] Chlodoueum [6] Godegysilo [7] Godegyselus [8] amicitias [9] legatos suos [10] Pectauense [11] Alaricum [12] pluram manum [13] Ligerem fluuium [14] thensauros [15] Helarii [16] Parisius [17] ciuitatibus [18] exercitu [19] Gotos [20] liniciis [21] ipse [22] Chlodouei [23] proelio.

dolis interfecit manu propria et fratrem suum Richarium similiter manu propria iugulauit. Regnum Ragnacharide [1], qui apud Camaracum sedem habebat, sui [2] dicione [3] subgicit. Regnus [4] Clodouiae [5] maxime per totas Gallias dilatatur. Studiose tractauit ut nullus de suis parentibus superesset, nisi de suo simeni, qui regnarit [6].

XXVIII. Mortuo Chlodoueo, sepultus est in ecclesia sancti Petri apostoli quem suo opere construxerat. Obiit post Voglensim bellum anno v. Regnum tenuit annis xxx. A transito [7] sancti Martini usque ad transitum Glodouiae fiunt anni cxii. (f. 103.) Chrotechildis regina ad limina sancti Martini Toronus orationibus et uigiliis peruagabat.

XXVIIII. Quattuor filii Clodoueo, id est Theudericus, Chlodomeres, Childebertus et Chlotarius [8] regnum eius aequo ordine inter se deuiderunt [9]. Sortitus est sedem Theudericus Mettis, Chlodomeres Aurilianes, Childebertus Parisius, et Chlotharius Suessionas. Theudericus habebat iam filium nomen [10] Theudebertum, utilem et strenuum.

XXX. Amalricus filius Alarici sororem eorum in matrimonium accipit [11], per quam Barcenona a Childerico et Francis occisus est.

XXXI. Dani aeuicto nauale Galleas appetunt, in regno Theuderici inrunt [12], a Theudoberto filio Theuderici superantur omnemque predam et uetam amiserunt.

XXXII. Thoringorum tres fratres regnabant: Badericus, Ermenfridus et Bertharius. Ermenfridus Bertharium interfecit, instigante uxore Ermenfridi (f. 103,v°.) nequissima, nomen [13] Amalberga, et Baderici germanum suum cum solatio Theuderici interfecit. Ipsi [14] uero a Theudoberto filium [15] Theuderici interfectus est. Regnum Toringorum Francorum dicione [16] subactum est.

XXXIII. Gundebadi filius Sigymundus apud Genauensim urbem uilla Quatruuio iusso patris sublimatur in regnum, habens uxorem filiam Theuderici regis AEtaliae unde habebat filium nomen [17] Sigyrico [18]. Eadem mortua aliam duxit uxorem. Filium suum Sigyricum nouerci [19] insidias [20] iussit interfici. Vnde fortem postea paenitenciam agens monastirium [21] sanctorum Agauninsium miri operis construxit, et alia plures monasteria aedifecauit. Chrotechildis adsiduae filius [22]

[1] Ragnacharii [2] sue [3] dicioni [4] regnum [5] Clodouei [6] regnaret [7] transitu [8] Chlotharius [9] deuiserunt [10] nomine [11] accepit [12] inruunt [13] nomene [14] ipse [15] filio [16] ditione [17] nomene [18] Sigyricum [19] nouerce [20] insidiis [21] monasterium [22] filios.

admonebat mortem patris matrisque uel germanis suis [1] ulcisci. Quam ob causam illi Burgundias adpetunt, Sigymundo [2] et Gudomare in prilium [3] uincunt.

XXXIIII. Clodomeris Sigymundo [4] dum ad monasterium sanctorum (f. 104.) Agauninsium fugiret captum cum uxore et liberis Aurilianes adducit. Gudemaris [5] terga uertens latuit. Godemaris resumptis uiribus regnum Burgundiae tenit [6]. Chlodomeres iterum aduersus Godemarem exercitus [7] mouit, interfecto Sigymundo [8] et uxore cum liberis.

XXXV. Praedictum est [9] Chlodomere ab Auito abbati quod fecerat Sigymundo [10] ipso itere [11] passurum. Cumque Veseroncia Franci cum Burgundionibus bellum inissent, Chlodomeres capite truncatur, deceptus ab auxiliis Theuderici qui filiam Sigymundi [12] habebat uxorem.

XXXVI. Franci uero in ipso prilio [13] resumptis uirebus [14] Burgundiones Veseroncias superatis, et ad internitionem perductis, patriam eorum dicione [15] subiciunt. Chlotarius uxorem Chlodemeris nomen [16] Guntiucham uxorem duxit, filiusque [17] eius tres nominibus [18], Theudoaldo, Guntacharium et Chlodoaldo Chlotechildis [19] alebat. Childebertus dolose Aruernus contra Teuderico (f. 104, v°.) inuasit. Chlotarius et Hildebertus Burgundias [20] adpetunt : sed Teudericus cum eis adgredi noluit. Childebertus et Chlotarius fugato Godomaro Burgundias occupant. Theudericus cum exercito Aruernus uastat. Mundericum qui se parentem regi adsereret renumque [21] deberi dixerit a satilletibus Theuderici occiditur, fraude deceptus. Res eius fisco subieciuntur.

XXXVII. Inita pace inter Childeberto et Theuderico cum sacramento datis obsedibus, sed caelerius rumpetur [22]. Multi fili senatorum ob hoc seruitio subieciuntur. Nepus beati Gregoriae Lingonici urbis episcopi Treuerus cuidam barbaro seruiens, ingenio Leones quidam [23] ex cocis ipsius episcopi liberatur et reducitur.

XXXVIII. Chrotechildis regina cum filios Chlodemere quos alebat Parisius resedens, eorum co [24] amore diligerit [25], Childebertus inuidiam [26] de eis ductus Chlotarium [27] suadet ut interfecerentur. Ex qui-

1 germani sui 2 Sigysmundo 3 prelium 4 Sigysmundo 5 Godemaris 6 tenuit 7 exercitum 8 Sigysmundo 9 Vt praedictum est 10 Sigysmundo 11 itinere 12 Sigysmundi 13 proelio 14 uiribus 15 ditione 16 nomine 17 filiosque 18 his nominibus 19 Chrotechildis 20 Burgondias 21 regnumque 22 rumpitur 23 Leonis cuiusdam 24 eos unico 25 dilegerit 26 inuidia 27 Chlotharium.

bus duo, Theudoaldus et Guntharius Chlothariae manu pro- (f. 105.) pria interficiuntur. Chlodoaldus ad clerecatum tundetur, dignamque uitam gerens; ad cuius sepulcrum Dominus uirtutes dignatur ostendere. Theudericus filium suum Theudebertum ubi Vuisigardem cuiusdam regis filiam disponsauit. Theudebertus relinquens Vuisicardem Deotheriam genere Romanam duxit uxorem.

XXXVIIII. Theudericus xxiii regni sui anno moritur, regnumque eius Theudebertus adsumpsit, magnum se atque in omni bonitate praecipuum ostendedit[1]. Deotheria zelans a Theudoberto filiam suam dolo interfecit. Theudebertus relecta[2] Deotheria Vuisigardem[3] duxit uxorem.

XL. Childebertus et Teudebertus foedus initum[4] inter se contra Chlotharium mouent exercitum. Sed oracionibus[5] Chrotechilde ad limina sancti Martini et diuino noto[6], grandinem et infestationem tonitrui et fulgora uenientem, separati sunt. Pacem inientes ad propria sunt sidibus[7] reuersi[8].

XLI. Post haec Childebertus (f. 105, v°.) et Chlotacharius Spanias adpetunt easque partem maxima depopulati sunt. Amalricum regem Barcenona interficiunt. Caesar Agusta ciuetas orationibus et ieiuniis liberatur.

XLII. Post Amalricum Theoda[9] regnat Spaniis. Quo interfecto Teudegyselus regnum adsumit, qui dum ad caenam letus sederit[10], extinctis caereis a suis occidetur. Cui Aggyla succedit in regnum. Gothi uero iam olim habent uicum[11], cum rex eis non placeat ab ipsis interficetur.

XLIII. Et quia Theudericus AEtaliae rex sororem Chlodouiae[12] in matrimonium[13] habuit, ex qua paruola[14] filia[15] cum uxorem[16] reliquit, cum mater ei regis filium sociandum prouiderit[17], a seruo nomen[18] Traquilani[19] accipetur. Traquila[20] cum exercito[21] a matre puellae capetur[22] et capite truncatur. Accepta filiam[23] mater disciplinam ingerens secum duxit. Filia matrem uinino[24] interfecit. Theothadus regnum Teuderici ambiuit et filia[25] qui[26] matri extetisat[27] parricida balneo uehementer succenso (f. 106.) iussit includi, ibique conburetur[28]. Vnde causam conposiciones[29] quinquagena milia sole-

[1] ostendit [2] relicta [3] Vuisigarde [4] foedere inito [5] orationibus [6] nutu [7] sidebus [8] sunt reuersi [9] Theodo [10] sederet [11] uicium [12] Chlodouei [13] matrimonio [14] paruolam [15] filiam [16] uxore [17] prouideret [18] nomine [19] Tranquila [20] Tranquila [21] exercitu [22] capitur. [23] filia [24] ueneno [25] filiam [26] quae [27] extetisset [28] conburitur [29] conpositionis.

dorum Childeberto, Chlothario et Teudeberto transmissi sunt. Quod Childebertus et Teudebertus inter se deuidentes nihil exinde Chlothario dederunt. Theuthado defuncto Tutila[1] successit in regnum, quem Narsis patricius interfecit regnumque Gotorum in AEtalia distructum[2] est.

XLIIII. Post Theodebertus cum exercito[3] AEtaliam ingreditur eamque per maritimis termenibus[4] cuncta depopulatus. Narsidem patricium fuga uersum. Postea Buccelenus dux iusso Teudeberti Siciliam occupat, totamque Italiam dominans, magna ei felicitas in his condicionibus fuit.

XLV. Peticione[5] Desiderati Verdonensis urbis episcopi, Theudebertus clementer octo milia soledos ciuebus Virdoninsis ad recuberandum dedit. Theudebertus uexatus a febre moritur xiiii regni sui anno. (f. 106, v°.)

XLVI. Chrotechildis regina plena dierum et bonis operibus moritur, et in sacrario[6] baselice sancti Petri sepelitur. Chlotharius iobet[7] ad omnes eclesias terciam[8] partem fructum fisco dissoluerint[9], sed resistente Iniurioso pontefice, hoc malum distruetur. Chlotharius de Ingundem Gunthaharium, Childericum, Airibertum, Gunthramnum, Sigybertum et Chlodesindam filiam habuit; de Aregundem sororem Ingundis Chilpericum et de Vnsinam habuit Chramnum.

XLVII. Agylanem in Spanias[10] regnantem cum esset iniquos suis[11] exercitus imperiae Spanias ingreditur. Aggyla interfecitur.

XLVIII. Atthanaghildus succedit in regnum qui ab Spanias[12] exercitum emperii[13] expulit.

XLVIIII. Theudebaldus filius Theudeberti Valdetradam duxit uxorem; erat ualde iniquos[14] suis. Cuius tempore uuas in cauco nate sunt; stellam ex aduerso ueniens in lunam ingressa est.

L. Buccelenus in AEtalia aput Bellesarium et Narsidem patricius[15] (f. 107.) saepius fortiter demicans eosque in fugam uertit eorumque exercito[16] proterit[17]. Tandem infirmatus a profluuium[18] uentris et exercitos suos[19] ea infirmitate adtritus, Bellesario iam interfecto, a Narsidem superatur et interfecetur[20]. Ipsoque anno Theodebaldus obiit regnumque eius Chlotharius accepit, copulans Vualdetradam sibi uxorem.

1 Totila 2 translatum 3 exercitu 4 maritimos termenos 5 petitione 6 sacratario 7 iubet 8 tertiam 9 dissoluere 10 Spania 11 iniquus suus 12 Spaniis 13 imperii 14 iniquus 15 patricios 16 exercitum 17 prosternit 18 profluuio 19 exercitus suus 20 interficitur.

LI. Eo anno reuellantibus [1] Saxonibus Chlotharius commoto exercito [2] maximam eorum partem deliuit, Thoringiam uastans, qui eorum auxiliare presumpserant. Nec multo post tempore dinuo Saxones reuellantes, [3] Chlotharius mouit aduersus eos exercitum. Saxones offerentes cuncta emendare que male gesserant et dimedia [4] partem omnibus rebus eorum, exceptis uxoribus et liberis, in conposicionem [5] offerrent. Quod Franci accipere dispicientes, eos interficere conarint [6] Chlothario dicentes: « Non paceficabis cum eis, sed surge, priliemus [7] et ulciscamur in illis.» (f. 107, v°.) Cum ille nolerit [8], Franci Chlotharium uolentis occidere inuitus perrexit ad prilium [9], ibique tanta estrages a Saxonibus de Francis facta est ut mirum fuisset.

LII. Childebertus cum Chramno insidias Chlothario parat. Airibertus et Guntramnus iusso patris cum exercito [10] contra Chramnum dirigunt, sed diuino noto [11] temperatae cum graui coruscatione exorta a prilio [12] separantur. Chramnus ad Childebertum pertendit. Saxones factione Childeberti in Francia uenientes usque Diuiciam ciuitatem predas egerunt. Chramnus cum Childebertum se fortiter constringit. Childebertus Reminsem campaniam depopulatus est. Austrapius dux in baselica sancti Martini Chramnum metuens fugit.

LIII. Childebertus rex apud Parisius obiit, baselica sancti Vincenti quam ipse construxerat sepultus est. Cuius thinsauris [13] et regnum Chlotharius adsumpsit.

LIIII. Vualdetradam (f. 108.) et filias eius duas in exilio posuit. Chramnus in Brittaniam fugit ad Conobro comete Brittanorum. Quilacharius socer eius ad baselica sancti Martini confugit. Per ipsum haec baselica incendio concrematur; postea a Chlothario condigna recuberatur [14], et stagno coperitur. Chramnus a Chlothario patri suo captus cum uxore et liberis in Brittania igne concrematur, Conober comex Brittanorum interfecto.

LV. Chlotharius pro suis peccatis que gesserat aut negligenter egerat exorandum ad limina beati Martini confessores [15] properat. Exinde Conpendio uilla ueniens LI regni sui anno uexatus a febre obiit. Chilpericus occupatis thinsauris [16] Chlotarii [17] in uilla Brinnaco sedem Childeberti Parisuus [18] occubat; sed mox exinde repellitur. Chairibertus, Guntramnus, Chilpericus et Sigybertus regnum patris deuidunt. Dedit sors Gairiberto regnum Childeberti, Parisuos [19] sedem habens, Guntramnu

[1] rebellantibus [2] exercitu [3] rebellantes [4] dimediam [5] conpositionem [6] conarant *corr.* conati sunt [7] proeliemus [8] nollet [9] proelium [10] exercitu [11] nutu [12] proelio [13] thensauro [14] recuberatus [15] confessoris [16] thensauris [17] Chlotharii [18] Parisius [19] Parisios.

uero (f. 108, v°.) regnum Chlodemeris, sedem habens Aurilianis; Chilperico regnum Chlotharii patris eius, cathedam [1] Soissiones [2]; Sigybertum quoque regnum Theuderici, sedem Mittens [3]. Eodem tempore Chuni Gallias adpetunt, contra quos Sigybertus mouit exercitum eosque ciuitate [4] fugauit. Postea cum eis pacem iniuit. Chilpericus Remus inuadit et alias ciuitatis [5] que ad Sigybertum pertenebant abstulit, unde inter ipsis bellum ciuile surrexit. Sigybertus Suissionas occupat, Theodebertum filium Chilperici adpraehensum exilium transmittit; Chilpericum uictum atque fugatum, ciuitates in sua dominatione reuocat. Post annum Theudebertum filium Chilperici reddedit, datis in inuicem de pacem sacramentis. Guntramnus in Burgundia regnans in locum Agricolanis patriciae Celsum instituit, uerum in uerbis paratum et in cupiditate prumtissimus [6].

LVI. Guntramnus fuit rex bonus, timens Deum. Accepit primum (f. 109.) concupinam nomen Venerandam de qua habuit filium nomen Gundobadum. Post accepit Marcytrudem filiam Magnicharii; postquam de Gunthramno habuisset filium, uenino Gundobadum dolis interfecit. Ipsa iudicio Dei filium quem habebat perdedit et odium regis pre saginam incurrit. Eadem demissa, Austrechilde eiusdem ancilla, cognomento Bobylanem, Gunthramnus accepit uxorem de qua duos filius habuit, nominibus Chlotarium et Chlodomerem. Vt Marcitrudis [7] demitteretur haec fuit occansio : mater eius, post mortem Magnachari di uilis hominibus unum ex nutritis Magnicharii acceperat marito, qui, instigantibus Ciuccione et Vuiolico filiis, ab eodem mater iusso Guntramni separatur, et ipse puer occiditur. Clamantes filii negligenter materem [8] herbariam et meretricem, haec occansi [9] filiam eiecit de regnum. Chairibertus rex Ingobergam accepit uxorem ; qua relicta, Merofledem lanariae filiam accepit et aliam (f. 109, v°.) pastoris ouium filiam nomen Theotechilde duxit uxorem, ex qua habuit [10], sed protinus moritur.

LVII. Porro Sigybertus cum uiderit fratres suos uxoris uiles accipere Gogonem causam legationis ad Anagyldum regem direxit, petens ut eis [11] filiam suam Brunam nomen coniugio tradiret, quam Anagyldus cum multis thinsauris [12] Sigyberto ad matrimonium transmisit. Ad nomen eius ornandum est auctum ut uocaretur Brunechildis, quam cum multa laeticia [13] atque iocunditate Sigybertus accepit uxorem.

[1] cathedram [2] Suissiones [3] Mettensem [4] uicit atque [5] ciuitates [6] prumtissimum [7] Marchitrudis [8] matrem [9] occansio [10] habuit filium [11] ei [12] thensauris [13] laetitia.

LVIII. Ante haec in infancia Sigyberti omnes Austrasii cum elegerint Chrodinum maiorem domus, eo quod esset in cunctis strenuus et timens Deum, patiencia [1] inbutus, nec quisquam aliud nisi quod Deo et hominibus placerit, in eum inueneretur. Illi hoc honorem respuens dicebat : « Pacem ego in Auster facere non ualeo, maxime omnes primati cum liberis in totum Auster mihi consanguinei sunt ; non posso ex eis facere disciplinam nec quemquam (f. 110.) interfecere. Ipse uero per me insurgunt ut agant supersticiose, eorum acta non permittat Deus ut me inferni claustra tradant ! Elegite alium quem uultis ex uobis. »

LVIIII. At illi cum non inuenerint, tunc Chrodini consilio, nutritum suum, memorato superius Gogonem maiorem domus elegunt. In crastino primus ad eius mansionem perrexit Chrodinus ad menisterium, bracile Gogone in collum tenens, quod reliqui cernentes eiusdem secuntur exemplum. Prosperum haec Gogonem ad gubernandum fuit, quoadusque Brunechildem de Spania adduxit ; quem Brunechildis continuo apud Sigybertum fecit odiosum, ipsumque, suo instigante consilio, Sigybertus interfecit. Tanta mala et effusione sanguinum a Brunechildis consilium in Francia factae sunt, ut prophetia saeuille impleretur dicens : « Veniens Bruna de partibus Spaniae, ante cuius conspectum multae gentes peribunt. Haec uero aequitum calcibus disrumpetur. »

LX. Chilpericus Gachylisindam (f. 110, v°.) sororem eius habuit uxorem, relinquens Fredegundem et alias quas habebat uxores. Postea transcendens sacramentum quem Gothorum legatis dederat ne umquam Gachyloisindam de culmine regni degradarit, ipsamque suggelare [2] fecit. Post cuius transitu Fridegundem dinuo accepit uxorem. Reputantes ei fratres quod suo ingenio Gachylosoinda fuerat interempta, eum de regno eieciunt. Habebat Chilpericus de priore regina Audouera tres filios Theudebertum, Maeroeum et Chlodoueum.

LXI. Chuni in Galliis uenere conantur, aduersus quos Sigybertus cum magnum adgreditur exercito. Chum [3] magecis artibus instructi multis fantasiis ostensis, exercitum Sigyberti metum concutunt ; terga uertunt, Sigybertus a Chunis circumdatur, sed suae prudenciae [4] donis offerens liberatur, nec ei quicquam haec condicio fecit opprobrium. Pacem sempiternam cum Chunis firmauit et a rege Chunorum condignis muneribus honoratur.

[1] patientia [2] suggellare [3] Chuni [4] prudentiae.

LXII. Sigibertus (f. 111.) praecepit Aruernis ciuebus Arelate occupare. Iobente Guntramno a Celso patricio Aruerni Arelato trucidati sunt.

LXIII. Athanagildo regem Spaniae defunctum, Leuua cum Leuuildo fratri regnum adsumont[1]. Moritur Leuua, Leuuildus integrum Spaniae regnum tenet, habens Gadsuindam matrem Brunichildis uxorem.

LXIIII. Eodem tempore, defuncto Constantinopole Iustiniano imperatore, Iustinus ambiuit imperium, uir iniquos et cubidus. Ad quem Sigybertus legatus Vuarmecharium, Francum et Firminum comitem direxit, qui, pacem cum imperatore firmata, secundo anno sunt reuersi.

LXV. Langobardorum gens, priusquam hoc nomen adsumerit, exientes de Scathanauia, que est inter Danuuium et mare Ocianum, cum uxores et liberis Danuuium transmeant. Cum a Chunis Danuuium transeuntes fussent[2] conperti, eis bellum conarint inferre, interrogati a Chuni, que gens eorum terminos introire praesumerit. At ille mulieris eorum praecipunt [3] coman capitis (f. 111, v°.) ad maxellas et mentum legarint, quo pocius uirorum habitum simulantes plurima multitudine hostium ostenderint, eo quod erat [4] mulierum coma circa maxellas et mentum ad instar barbae ualde longa. Festur [5] desuper uterque falangiae uox dixisse : « Haec sunt Langobardi », quod ab his gentibus fertur eorum Deo fuisse locutum quem fanatice nominant Vuodano. Tunc Langobardi clamassent, qui instituerat nomen, concidere uictoriam; hoc prilio [6] Chunus superant, partem Pannoniae inuadunt. Nec multo post tempore Narsis patricius minas Iustini imperatoris eiusque agustae Sopiae perterritus, eo quod agusta ei adparatum ex auro facto muliebri, eo quod eonucus [7] erat, cum quo filaret, direxit, et pensilariis regerit non populo. At ille respondens : « Filo filabo de quem Iustinus imperator nec agusta ad caput uenire non possit [8] ». Tunc Langobardus a Pannoniis inuitans, cum Albueno regi AEtaliam introduxit. (f. 112.) Albuenus Chlodesindam Chlotharii regis filiam habuit uxorem; qua defuncta aliam duxit coniugem cuius patrem interfecerat.

LXVI. Ipse uero eiusdem mulieris fraude uenino perit [9]. Ipsaque postea cum aliquo Langobardo apud quem Rauennam fugaciter de

1 adsumunt 2 fuissent 3 praecipiunt 4 erant 5 fertur 6 prelio 7 eonuchus 8 possint 9 periit.

ciuitatem Verona ubi uiro occiderat, adgrediebat pariter in itenere adprehensi et interfecti sunt.

LXVII. Langobardi regem nomen Clip super se eligunt. Prorumpentibus Langobardis in Gallias, Amatus patricius ab ipsis interfecetur; et a Burgundionibus multae ibidem estrages factae sunt. Post Amatum Mummolus patriciatum adsumit.

LXVIII. Inruentebus iterum Langobardis in Galliis, cum quibus Mummolus fortiter demigauit, et usque ad internicionem [1] oppressit, pauci ex eisdem AEtaliam repedantur. Saxones quos Theudebertus in AEtalia miserat, in Gallies prorumpunt, apud Stuplonem castra ponentes, multae estrages per uicina loca ab ipsis perpetrantur; (f. 112,v°.) qui a Mummolo superantur, et in AEtalia fugaciter reuertur [2], amissis omnibus quae pretauerant [3]. Saxones iterum cum uxores et liberis in Gallies [4] destinant, ut a Sigyberto regi recepti, in loco unde exierunt redirint. Venientes in terreturio Auennico, Mummolus protinus obuiam ueniens eis, Rodanum transire non permittebat. Postea acceptis muneribus, transire eos permisit; ad Sigybertum pergentes in locum unde prius egressi fuerant sunt stabiliti. Postea, defuncto Clip, Langobardorum duces, Chamo, Zaban et Rodanus Gallias inruperunt. Quorum obuiam Mummolus cum exercito uenit, et hos tres duces cum eorum exercito usque ad internicionem [5] deliuit. In alio anno Mummolus cum exercito Toronus ac Pectauis, iubente Guntramno [6], de potestate Chilperici abstulit et ad parte Sigyberti restituit. Multi ibidem de exercito Chilperici et ipse Pectauensi sunt (f. 113.) gladio trucidati. Taloardus et Nuccio duces Langobardorum per oscula in Sidonense territurio cum exercito sunt ingressi, ad monasterium sanctorum Agauninsium nimia facientes strage. Baccis uilla, nec procul ab ipso monasterio et duces et eorum exercitus a Vuiolico et Teudofredo ducibus Gunthramni sunt interfecti, XL tantum [7] fugaciter AEtaliam remeantur.

LXVIIII. Chlodoueus filius Chilperici Burdegalem peruadit. A Sigulfo duci superatus fugaciter ad patrem redit.

LXX. Chilpericus Pectauos et Thronos [8] de regno Sigyberti peruasit, et Sigulfo duci fuga uertit suoque exercito prostrauit. Chilpericus ciuitates eas que peruaserat Sigyberto reddit. Post anno Chil-

[1] internitionem [2] reuertuntur [3] predauerant [4] Gallees [5] internitionem [6] Gunthramno [7] tantum ex illis [8] Thoronos.

pericus exercito cum multo regno Sigyberti ingreditur, sed intercurrentes legatus pacifecati sunt.

LXXI. Postea uno inientes consilio amboque mouentes exercito, uolentes Gunthramnum interficere, in regnumque [1] eius adsumere, Sigybertus cum exercitu Arciaca resedens, Chilpericus Duodece Pontis. (f. 113,v°.) Audiens haec Gunthramnus exercitum uelociter mouit, ueniensque uilla Yeriaco, intercurrentes legatus, hii tres germani Sigybertus, Gunthramnus et Chilpericus Trecas iuncxerunt et in ecclesia sancti Lupi sacramento contra Gunthramnum ut pacem seruarint dederunt. Gunthramnus idemque cum eis pacem sacramentis firmauit. Redientes ad castra Austrasiae, aduersus Sigybertum rumorem leuant, dicentes: « Sicut promisisti da nobis ubi rebus ditemur, aut preliemur, alioquin ad patriam non reuertimur. » Illi uolens, conpulsus a suis super Gunthramno ire Austrasiae ualde consilios aedicent ad eum: « Sacramentis pacem cum Gunthramno firmastis [2], quo pacto possumus super eum inruere. » Vnianimiter exclamantis se super Chilpericum uelle ire, protinus mouentis inruunt super Chilpericum. Iam eius exercitus ad propria festinans longe aberat. Cum haec cognouisset Chilpericus terga uertens Thornoa peruenit. Sigybertus post tergum (f. 114.) eius Parisius uenit, ibique sanctum ac beatissimum Germanum Parisiorum urbis episcopo [3] Sigybertus uidisset, haec ab eodem uerbo prophetiae audiuit: « Si germanum tuum ita persequere cogitas ut eum interficere disponas, et regnum suum auferre, scriptum est: Foueam que fratri tuo parabis, in eam cadebis. » Cuius castigationem nolens [4] annuere, cogebat optata perficere. Cumque Victuriaco accessisset, omnes Neptrasiae [5] ad eum uenientes se suae dicione [6] subiecerunt. Ansoaldus tantum Chilperico [7] remansit. Fredegundis duobus pueris dolo transmissis, Sigybertum interficiunt et ipsi interfecti sunt. Resumptis uiribus Chilpericus suumque regnum recepit.

LXXII. Brunechildis cum filio suo Childeberto Parisius sub custodia tenebatur, sed factione Gundoaldo duce, Childebertus in paera positus per fenistram [8] a puerum [9] aceptus est, et ipse puer singulus eum Mittes [10] exhibuit; ibique a Gundoaldo uel Austrasiis in regno patri sublimatur. Brunechildis (f. 114, v°.) iusso Chilperici exilio Rothomo retrudetur. In eo anno fulgor per caelo discurrisse uisus

1 interficere regnumque 2 firmasti 3 episcopum 4 nollens 5 Neutrasiae 6 ditione 7 tantum cum Chilperico 8 fenestram 9 puero 10 Mettes.

est. Sigybertus in eclesia sancti Medardi sepultus est, aetate quatragenaria xiiii regni sui anno.

LXXIII. A transito [1] Theudeberti seniores usque ad exitum Sigyberti, anni xxviiii, a principio usque ad diluuium, anni īīccxlii, a deluuio usque ad Abracham, anni dcccccxlii, Abracham [2] usque ad egressum filiorum Israhel ex AEgypto, anni ccccLxii, ab egresso [3] filiorum [4] ex AEgypto usque ad aedeficationem templi Salomonis anni ccccLxxx, ab aedificacionem [5] uero templi usque ad dissolationem eius et transmigrationem Babylloniae, anni cccLxL, a transmigrationem [6] Babylloniae usque ad passionem Domini, anni dcxLviii, a passionem [7] Domini usque a transito [8] sancti Martini, anni ccccxii, a transito [9] sancti Martini usque a transito [10] Chlodoueae [11] regis, anni cxii, a transito [12] Chlodouei regis usque transitum Teudeberti, anni xxxvii, a transito [13] Teudeberti usque ad exitum (f. 115.) Sigyberti anni xxviiii, quod sunt semul [14] anni v̄dcc.

LXXIIII. Chilpericus filium suum Maeroueum Pectauis cum exercitum [15] direxit, exinde reuertens Rothomao [16] accessit et Brunechildem coniugium accepit. Protinus Chilpericus ipsum de ea separauit. Campaninses [17] Sexsionas peruaserunt; Chilpericus cum exercitu contra eos inualuit, Sexsionas recepit. Filium suum Meroueum honus tonsorare clericati tonsorare fecit et presbyter ordenatur [18]; Roccolenum ducem, Gunthramnum idemque ducem persequendum Thoronos transmisit. Roccolenus ab infirmitate uexatus nihil ibidem praeualuit.

LXXV. Eo tempore sanctus Germanus Parisiorum episcopus transiit. Chilpericus filium suum Chlodoueum Toronus transmisit qui et ultra Legere [19] ciuitates Childeberti preuaderit. Mummolus patricius Gunthramni contra Chlodoueum et Desiderium duci [20] Chilperici bellum gessit eosque superauit. Caesi [21] a Mummoli exercito quinque milia, a Desiderio uero xx milia. (f. 115, v°.)

LXXVI. Inter Suaeuos et Saxones bellum surrexit, caesi sunt a Saxonibus xx milia, sex milia tantum ex eis remanserunt. Suaeuorum quoque vi milia ccccLxxxviii prostrati sunt. Reliqui uero uicturiam obtenuerunt. Saxones deuouerunt ut nec pilum nec barbam inciderint priusquam hanc iniuriam ulciscerint, sed mentita est eorum iragundia.

[1] transitu [2] ab Abracham [3] egressu [4] filiorum Israhel [5] aedificacione [6] transmigratione [7] passione [8] transitu [9] transitu [10] transitum [11] Chlodouei [12] transitu [13] transitu [14] simul [15] exercitu [16] Rothomaum [17] Campanenses [18] ordinatur [19] Ligerem [20] duces [21] cessi.

LXXVII. Brittanis Magliauos [1] et Bodecus illo timore [2] comitis [3] erant, amiciciam cum sacramentis inuicem [4] inientis. Mortuo Bodico, Magliauos [5] filium eius nomen [6] Theuderico [7] de regno expulit. Sed tandem resumptis uirebus Theudericus Magliauum [8] cum filium [9] Iacob interfecit, regnumque patris recepit. Vuarogus Magliaui filius in patris loco comex[10] effecetur[11]. Gunthramnus rex duos Magnachari filius [12] gladio interemit, instigante Austrechilde regina, facultatis eorum fisco redegit. Fili [13] Gunthramno [14] duo continuo mortui sunt.

LXXVIII. Gunthramnus Childebertum adoptauit in filium. Chilpericus (f. 116.) Praetextatum Rothomensem episcopum exilium trudit repotans [15] ei quod consilium Brunechilde husus contra Chilpericum tractant, quod ueritate subsistebat. Merueus iterum laicus efficetur[16], de Thoronus fugiens per Authiciodero Deuione[17] uenit, in Remensem campaniam peraccessit, a Tharauuanninsibus circumuentus est et in quadam uilla concludetur a Gaileno familiare[18] suo. Ipsoque rogante, Meroeus cultro interfectus est. Gailenus manebus[19] et pedibus, nares et aurebus trunccatus [20] turpiter uitam finiuit.

LXXVIIII. Eodem tempore Iustinus imperator amens effectus est. Sopia eiusdem agusta cum Tiberio Caesare regebat imperio[21]; Tiberius largissimus in aelynis [22] fuit. Sed cum a Sopia argueretur ut thinsaurum [23] non uastarit [24], in medio palatiae [25] crucem [26] in lapide reperta, iobet [27] Tiberius ipsum lapidem leuare, desuper [28] in alio lapide duo crucis reperti sunt, leuatumque et ipsum inuenta sunt supter ipsum milli centenaria auri, quod largiter diuino amore (f. 116, v°.) Tiberius pauperibus erogauit.

LXXX. Defuncto Narside, prodenti [29] aliquo senece cui Narsis credederat [30], thinsaurum eius Tiberius abscondito sub terra inuenit, nimia multitudine ponderum auri et argenti seo [31] et lapides preciosis [32]. Quod idemque largiter Tiberius in alimuniis[33] destribuit[34] pauperum. Samson filius Chilperici moritur quem Chilpericus nimium luxit. Eo anno stella in medio lunae fulgens uisa est. Guntramnus Boso relictis filiabus suis in eclesia sancti Helariae [35] ad Childebertum transiit. Anno quoque tercio Childeberti regis, qui erat Chilperici et Gunthramni septemus decemus, Guntramnus Boso filias suas

1 Magliauus 2 tempore 3 comites 4 in inuicem 5 Magliauus 6 nomine 7 Theudericum 8 Magliacum 9 filio 10 comis 11 efficitur 12 filios 13 filii 14 Gunthramni 15 reputans 16 efficitur 17 Diuione 18 familiari 19 manibus 20 naribus et auribus trunccatis 21 imperium 22 aelymosinis 23 thensaurum 24 uastaret 25 palatiai 26 cruce 27 iubet 28 desupter 29 prudente 30 crediderat 31 seu 32 preciosos 33 alimoniis 34 distribuit 35 Helariai.

a Pectauo auferre uellens, Dracolenus super eum inruit. Multis [1] muneribus [2] a Gunthramno Dracoleno offeruntur, sed Dracolenus, ut erat elatus, dicens : « Funiculum unde alios legare soleo paratum habeo, ubi et Gunthramnus odie laegatur. » Cumque fuisset prilium [3] ceptum, Gunthramnus inuocato nomen [4] Domini, et uirtutis [5] sancti Martini leuato conto (f. 117.) Dracolenom [6] mactat in faucebus [7], suspensumque de aequo, mortuum in terra [8] proiecit. Feliciter postea quod coepit expleuit. Post haec Pectaui, Bagassini, Teromanni et Andegaui cum aliis multis in Brittania contra Vuaroco exercitum mouunt ; super quos Vuarocus per nocte [9] ruens nimia estragie [10] de Saxonis Baigassinus fecit. Anno IIII Childeberto[11] qui fuit octauus decimus Gunthramni et Chilperici, Salonius et Saggitarius episcopus [12] Cabylonno in sinodo ab episcopato degradantur. Chilpericus discripciones grauissemas [13] in omni populo regni sui fieri iussit. Marcus refrendarius qui hanc discriptionem faciebat, secum omnes polepticus[14] ferens, kalendis marciis [15] a Limodecinis interfectus est, et omnes poleptici incendium sunt concrematae [16]. Dum haec ageretur Iustinus imperator octauo decimo anno regni sui cum amenciam quem incurrit uitam finiuit.

LXXXI. Tiberius adripuit imperio. Sopia agusta inmemor promissionis suae (f. 117, v°.) aduersus Tiberium insidias muliebatur ; Iustinianum nepotem Iustini imperium [17] uoluit sublimare. Quod Tiberius cernens, adprehensam Sopiam expuliatam thinsauris [18], secregatis ab ea pueris, custodiam [19] iussit retrudi. Iustinianum obiurgatum tantum in posterum amore delexit [20] ut filium [21] eius filiam suam promitteret, eiusque filium [22] suum filiam suam [23] expetirit ; sed non est res sortita effecto [24]. Exercitus eius Persas deuallauit[25], uictorque regressus tanta mole praede [26] detulit, ut creditur cupiditate humani [27] posse sufficere ; xx aleuanti [28] ex Inde [29] adducti sunt.

LXXXII. Eodem tempore anno quinto Childeberti regis, tante lois[30]. per uniuersam regionem factae sunt, ut nimium mirum fuisset, uniuersa flumina termenis quos umquam [31] excesserant praeterirunt [32], de pecoribus excidio, grande aedeficiis naufragium, quod cessantis [33]

[1] multa [2] munera [3] proelium [4] nomine [5] uirtute [6] Dracolenum [7] faucibus [8] terram [9] noctem [10] estragis [11] Childeberti [12] episcopi [13] grauissimas [14] polepticos [15] kalendas marcias [16] concrematai [17] in imperium [18] thensauris [19] in custos diam [20] dilexit ut filio [21] filio [22] promitteret filiumque [23] filiae suae [24] effectum [25] debaellauit [26] praedam [27] humanae [28] alefanti [29] India [30] lues [31] numquam [32] praeterierunt [33] cessantibus.

pluuis, arboris [1] dinuo floruerunt, erat mensis septembris; (f. 118.) fulgor per caelo [2] currise [3] uisus est. Sonus quasi de ruentes arbores in totam terram auditus est. Orbis Burdegalensis terre moto concussa est. De Pereneis montibus inmense lapides sunt euolsi [4], qui pecora et homines prostrauerunt. Vicus Burdigalensis [5] incendio diuinitas [6] ortum [7] multus [8] exhusit subito conprehendens, domus [9] et arie cum annonis incendio concremantur, nullo intamento [10] habens ignis forsitam iussionem [11] diuina, Auriliana ciuitas ob hoc incendio uastata est. Apud terminum Carnotenum ide efracto panem sanguis fluxit. Sed hoc [12] prodigia grauissima lois [13] est subsecuta et discordia regis [14]. Iterum bellum ciuile parantibus, besenterecos [15] morbos [16] totas Gallias praeoccupauit. His diebus Austrechildis Guntechramno princepis regina ab hoc morbo consummata est, medicos ad Gunthramno acusans [17]. Iusso Gunthramni medici diuersis poenis adfecti migrant a saeculo. (f. 118, v°.) Eo anno magna in Spaniis christianorum persecutio fuit, instigante Goaesinda, quam post Anaghildo regi rex Leubildus acceperat, de aliam uxorem duos filius [18] habens. Ex huius [19] unus Ehermengildus nomen [20] filiam Sigyberti nomen [21] Sedegundem.

LXXXIII. Que cum magnis thinsauris et apparatis in Spania est directa, et ab aua Goaesinda benigniter recepta, quem [22] postea Goaesinda adfecetur [23]. Sed cum nullatenus auiae [24] iniquo consilio consentisset, in una ciuitatum cum uiro habitandum constituetur [25]. Protinus maritum predicans, ad Christi cultum baptizatus effectus est christianus. Quem pater Leubildus insequens et uellens occidere, tandem eius insecutionem [26] filius est interfectus, per quem data est occansio. Post mortem Mirionis regis Galliciae, filium eius Eurico et genero, nomen [27] Audecane, de regno certantibus, a Leubildo Soaeui et omnes Galliciae potestatem Gothorum subgiciuntur.

LXXXIIII. Igitur Chilpericus tres filios suos, iam adultos, ab infirmi(f. 119.)tate besenteriae uno anno perdedit, quos de Fredegundae habebat. Restiterat adhuc Chlodoueus filius eius quem postea instigante Fredegundae, uinctum custodia retrusit, ibique factione Fredegunde cultro percussus obiit.

LXXXV. Post haec Mummolus patricius regno Gunthramni fuga delatabetur [28]; Auennionem castrum suae defensionem [29] expetiit.

[1] arbores [2] caelum [3] currisse [4] euulsi [5] Burdegalensis [6] diuinitus [7] ortos [8] multos [9] domos [10] incitamento [11] iussione [12] hec [13] luis [14] reges [15] parentibus besenterecus [16] morbus [17] accusans [18] alia uxore duos filios [19] his [20] nomene [21] nomene [22] quam [23] adficetur [24] auiaei [25] constituitur [26] insecutione [27] nomene [28] delatabatur [29] defensioni.

Legati Chilperici qui ad Tiberium imperatorem accesserat [1], ad eodem illud tempore reuertuntur continuo.

LXXXVI. Childebertus relicta Gunthramni pacem, se cum Chilperico ut regno eius pariter auferrent, coniuncxit, promittens Chilpericus, dum sine filiis erat, ut Childebertum regni sui relinquerit heredem, sed more solito mendax apparuit. Lopus [2] dux Campanensis ab Orsione et Bertefredo ab exercito [3] internicione persequitur, sed Brunechilde intercedente liberatur, presidiumque eius a suprascriptis talatus est.

LXXXVII. Fuit illo tempore reclausus Hospicius apud Necinsem urbem, qui constrinctis catenis a purum corpus ferreis, desuper (f. 119, v°.) cilicio, nihil aliud quam purum panem et paucis dactalus [4] comedebat, in quadragensima radices herbarum. Qui dum conuersaretur in corpore multae uirtutes, pristante [5] Domino, per eodem [6] hostinsi [7] sunt. Chilpericus Desiderium ducem ad praeuadendum Petrocorego et Agennum cum exercitum [8] diriget [9]; qui fugato Ranoaldo [10] duci [11], has ciuitates peruasit, eiusque uxorem cunctis rebus expoliauit. Baudastis dux in Vasconia obiit, maximam partem exercitus sui amisit. Anno igitur VII Childeberti regis, qui erat Chilperici et Gunthramni XXI, stilla comitis apparuit in diae [12] sanctum paschae. Apud Sexsionas ciuetate [13] caelum ardere uisum est. In Parisiaco uero sanguis dinuo fluxit et super uestimenta multorum hominum cecidit. Valetudinis [14] uariae et mortaletas magna eo anno in populo fuit. Igitur legati Chilperici, Ansoaldus et Domegyselus, qui ad conpiciendam dotem in Spania fuerant missi, sunt regressi his diebus. Leubildus rex contra Ermenghyldum filium suum in exercito [15] (f. 120.) resedebat; tunc filium suum interfecit, eiusque mulierem a Grecis liberare non potuit, sed usque in mortem illuc permansit.

LXXXVIII. Eo anno Rodinus dux moritur uerum [16] aelimosinarius et bonitate plenissimus, iustus in cunctis, piissemus in pauperibus : qui, dum quadam uicem [17] ut consuaeuerat mortuum sepelire preciperat, ad quadam [18] momento [19] cum cultris pueri fossam facerint [20], leuata lapide inuinit [21] mirum [22] magnitudinis thinsaurum et soledorum multitudinem. Hoc sibi proprium uerum censuit, quem sine intermissione fideliter pauperibus erogauit. AEquanimiter eum fide [23]

[1] accesserant [2] Lupus [3] exercitu [4] dactulis [5] prestante [6] eundem [7] ostense [8] exercitu [9] diregit [10] Ragnoaldo [11] duce [12] die [13] ciuitatem [14] ualetudines [15] exercitu [16] uerus [17] uice [18] quondam [19] momentum [20] facerent [21] inuenit [22] mira [23] fides.

reddedit hoc thinsaurum a quem [1] acciperat. Multa signa et prodigia eo anno in caelo sunt uisa. Chilperico filius dinuo nascitur, iobet omnes carcerentes laxare.

LXXXVIIII. Gundoaldus qui se filium Chlotarii esse dicebat, de Constantinopole [2] reuertitur et Chlothario a Childebertum patruo [3] derictus est. Quem Chlotharius uidens, comam capitis tundere iussit. Quem Sigibertus (f. 120, v°.) arcessitum misit eum in Agrepennensim çiuitatem que nunc Colonia dicetur, exinde lapsus ad Narsidem dirigit, Narsis eum Mauricio imperatore direxit. Cum exinde fuisset reuersus, a Mummolo patricio fuit susceptus factione Syagriae [4] et Flaui episcopis [5], ut Gunthramnum degradarint [6] a regnum et sublimarint [7] Gundoaldo [8]. Ob hoc [9] causam Mummolus interfectus est. Gundoaldus a Bosone duce factione Conbeninsim urbem de cacumine rupis inpingetur; ibique deruptus moritur. Cariatto spatarius Gunthramni qui hanc rem prodedit, huius uecissitudinem repensionis episcopatum Genauensum [10] adsumsit.

LXXXX. Illud tempore Chilpericus Parisius, contra pactum quam cum Francis inierat, ingreditur, ob quam rem porcionem suam exinde iusti [11] admisit [12]. Gunthramnus partem Childeberti de Massilia reddit [13]. Mummolus factione Fredegunde, cui repotabant [14] filium suum per incantatione interfecisse, iussit suggellare multasque mulieres per ipso (f. 121.) mendatio [15] a Fredegundae sunt interfectas.

LXLI. Chilpericus timens Gunthramnum et Childebertum in Camaracinsim cum thinsauris omnique presidium est adgressus. Per ipsa timore saepe exercitum mouebat, et resedere faciebat.

LXLII. Childebertus in AEtalia habiit et Langobardi se suae dicione commendant. Gloriose exinde Childebertus reuertitur. Acciperat prius a Mauricio imperatore quinquagenta milia auri, ut Langobardus de AEtalia expugnaret; sed non solum eis non nocuit, amicicias cum ipsos iniuit. Leubildus ut supra fecimus mencionem, filium suum Ermenghildum interfecit.

LXLIII. Chilpericus et Fredegundis filiam eorum cum magnis thinsauris et multitudinem familiae in eius menisterium direxit, quam filius Leubildo [16] uxorem accipit. Nec post mora extante [17] Chilpericus Calam uillam, nec procul a Parisius, ab homine, nomen Falcone, qui missus a BruneChilde fuerat, est interfectus. Crudelissimam uitam digna morte finiuit.

[1] quo [2] Constantinopoli [3] patruum [4] Syagriai [5] episcopi [6] degradarent [7] sublimarent [8] Gundoaldum [9] hanc [10] Genauensem [11] iuste [12] amisit [13] reddedit [14] reputabant [15] ipsum mendatium [16] Leubildi [17] existante.

# V

INCIPIT PROLOGVS CVIVSDAM SAPIENTIS. (f. 121, v°.)

INCIPIVNT CAPETOLARIS CRONECE LIBRI QVARTI IN CHRISTI NOMEN.

I. De bonetate Guntharamni et ecclesia sancti Marcelli.

II. De Gundoaldo quod contra Gunthramnum factione Mummoli regnum adrepere uoluit.

III. Qualiter Guntramnus Clotharium in regnum sublimauit.

IIII. De interfectione Mummoli.

V. De exercitum[1] Guntramni in Spaniam adgressum[2].

VI. De mortem[3] Leubildi et Richaredus sublimatur in regno[4].

VII. De pacem[5] inter Guntramno[6] et Childeberto[7] firmatam[8].

VIII. De ducebus iusso Childeberti interfectis.

VIIII. De uxorem[9] Anaulfi regis Persarum nomine Cesara.

X. De exercito[10] Guntramni in Spania adgressum.

XI. De toneca domini Ihesu Christi inuenta.

XII. De Beppeleno et AEbrachario ducibus.

XIII. De Agone sublimatuam in regno AEtaliae super Langobardis a defectimem[11] solis.

XIIII. De obetum[12] Gunthramni.

XV. De regnum[13] Childeberti in Burgundia.

XVI. De obitum[14] Childeberti.

XVII. De Fredegunde quod Parisium[15] inuasit et pugna contra Teudebertum. (f. 122.)

XVIII. De mortem[16] Quintirionem[17].

XVIIII. De Brunechilde quando de Auster est[18] egecta.

[1] exercitu [2] adgresso [3] morte [4] regnum [5] pace [6] Guntramnum [7] Childebertum [8] ifirmata [9] uxore [10] exercitu [11] defectionem [12] obetu [13] regno [14] obitu [15] Parsius [16] morte [17] Quintirionis [18] qualiter de Austeris esset tegecta.

XX. De pugna quem Teudebertus et Teudericus contra Chlothario ferrum [1] ipsoque [2] uicerunt.

XXI. De filium [3] Teuderici natum [4] et AEgyla pater [5] interficetur.

XXII. De inuentionem [6] corporis sancti Victoris.

XXIII. De Fogatum [7] qualiter Mauricium imperatore [8] interfecit et inperium adsumsit.

XXIIII. De exilium [9] sancti Desideriae episcopi.

XXV. De Bertoaldo maiorem domum [10].

XXVI. De uicturia Teuderici contra Clotharium.

XXVII. De Protadio maiorem domum eisque interitu.

XXVIII. De bonetatem [11] Claudiae [12] maiorem [13] domum [14].

XXVIIII. De interetum [15] Volfo [16] patricio [17].

XXX. De Ermenberga quod de Spania Teuderico [18] adducitur.

XXXI. De legatis Betterici ad regebus [19] transmissis.

XXXII. De marthirio sancti Desiderio [20].

XXXIII. Quod Sisibutus rex in Spaniam sublimatur.

XXXIIII. De Agone regi eius reginam Teudelinde.

XXXV. De Brunechilde et Belihilde reginas [21].

XXXVI. De uita sancti Columbani. (f. 122, v°.)

XXXVII. De iniuriam [22] Teuderici regi [23] quas Alossia habuit.

XXXVIII. De pugna Teuderici cum Teudeberto et Auter [24] receptum.

XXXVIIII. De obetum [25] Teuderici.

XL. De Chlothario cum in Autster [26] ingredi cepit.

XLI. De consilium [27] initum [28] perdiciones filies [29] Teuderici.

XLII. De quod Chlotarius regnum Burgundiae et Auster recipit et filius Teuderici occisit.

XLIII. De internicione Erpone ducis.

XLIIII. De Leudemundo episcopo et Bertrude regina.

XLV. De tributa [30] Langobardorum cassata [31].

XLVI. De morte Bertrude regini [32].

XLVII. De inicium [33] regni Dagoberti.

XLVIII. De inicium [34] regni Samonis [35].

XLVIIII. De Adaloaldo rege Langobardorum [36] eius transitu.

L. De Charoaldo sublimato in regno super Langobarum [37].

[1] fecerunt [2] ipsumque [3] filio [4] nato [5] patricius [6] inuentione [7] Fogato [8] imperatorem [9] exilio [10] maiore domus [11] eiusque-bonetate [12] Claudiai [13] maiore [14] domus [15] interetu [16] Volfi [17] patricii [18] Teudericus [19] reges [20] Desiderii [21] reginis [22] iniuria [23] regis [24] Auster [25] obetu [26] Auster [27] consilio [28] inito [29] filiorum [30] tributis [31] cassatis [32] regine [33] inicio [34] inicio [35] S. in Vuinedus [36] et eius [37] Langobardos.

LI. De Gundeberga regina eiusque iniuriam et exilio.

LII. De interetum[1] Chrodoaldo[2].

LIII. Ae Dagobertum[3] quod riginam accipit eiusdem regnum augitur[4].

LIIII. De obetum[5] Varnachario[6] maiorem domus et in- (f. 123.) teretum filii sui Godini.

LV. De intencione inter Chariberto[7] et Agynane.

LVI. De obetum[8] Chlothariae[9] et quod regnum eius Dacobertus adsumpsit.

LVII. De regnum[10] Chariberti filio[11] Clotariae[12].

LVIII. De introaetum[13] Dagoberti in Burgundia et bonitatem eius.

LVIIII. De natiuitatem[14] Sigyberto[15] filio[16] Dagoberto[17].

LX. De morum mutationes[18] Dagoberti et suasionem[19] maliciae Neustrasiorum.

LXI. De cautillam[20] et contenenciam[21] Pippino[22].

LXII. De Chariberto regi cum Sigybertum[23] nepotem[24] suum[25] excipit.

LXIII. De imperium[26] AEragliae[27] et interetum Fogatis.

LXIIII. De uicturia AEracliae super Persas.

LXV. De pulchritudinem[28] et utelletatem[29] AEragliae[30]. (f. 123, v°.)

LXVI. De inicium infestaciones Saracinorum contra imperio.

LXVII. De obitum[31] Gariberti et filii sui et regnum eis Dacobertus ambauit.

LXVIII. De inicium[32] scandali et stragis Francorum cum Vinidis.

LXVIIII. De Charoaldo regi Langobardorum quod Tasonem interfecit et ipsi[33] rex moretur.

LXX. De Crothario regi[34] Langobardorum sublimatum[35].

LXXI. De Aubedone in legationem ad Crotarium in AEtalia adgressum.

LXXII. De Chunis in Bagio qua res interfectis.

LXXIII. De Sisenando per solatium Dagoberti erectum in regnum Spaniae.

LXXIIII. De quod Dagobertus Maganciacum exercito contra Vinidis ambolandum accessit. (f. 124.)

[1] interetu [2] Chrodoaldi [3] Dae Dagoberto [4] augetur [5] obetu [6] Varnacharii [7] Charibertum [8] obeto [9] Chlothariai [10] regno [11] filii [12] Clotariai [13] introaetu [14] natiuitate [15] Sigyberti [16] filii [17] Dagoberti [18] mutatione [19] suasione [20] cautilla [21] contenencia [22] Pippini [23] Sigyberto [24] nepote [25] suo [26] imperio [27] Aeragliai [28] pulchritudine [29] utelletate [30] Aeragliai [31] obitu [32] iniciu [33] ipse [34] rege [35] sublimato.

LXXV. De inicium [1] regni sublimatum Sigybertum [2] in Auster.

LXXVI. De natiuitatem [3] Clodouiae et paccionem de regna cum Austrasius.

LXXVII. De inicium [4] reuelliciones Radulfo [5].

LXXVIII. De exercito iusso [6] Dagoberto [7] de Burgundia in Vasconia adgressum.

LXXVIIII. De obetum [8] Dagoberti et inicium regni Clodouei.

LXXX. De AEganem maiorem domus et bonitatem eius.

LXXXI. De imperium [9] Constantis et uastationem Saracinorum.

LXXXII. Qualeter degradatus est Tulga rex Spaniae et sublimatur Chintasindus.

LXXXIII. De mortem [10] AEgane et interfectione Agnulfi comitis.

LXXXIIII. De inicium ascinsus [11] Erchynoaldo [12] maiorem domo.

LXXXV. De Austrasius [13] cum tinsauris Sigyberto debetum recepe-runt.

LXXXVI. De Grimoaldo et Ottone filium [14] Vrone.

LXXXVII. De pugna Sigyberto [15] cum Radulfo in Toringia.

LXXXVIII. De interetum Ottone.

LXXXVIIII. De Flaochato quale maior domi efficetur.

LXXXX. De Villebadi interitum [16] et Flaochadi obetum [17]. (f. 124, v°.)

Cum aliquid unius uerbi proprietate non habeo quod proferam, nisi prestitum ab altissimo fuerit, et dum quero implere sentenciam, longo ambiatu uix breuis uiae spatium consummo, uernaculum linguae huius uerbi interpretatur absorde resonat; si ob necessitate aliquid in ordine sermone mutauero, ab interpretis uideor officio recessisse. Itaque beati Hieronimi, Ydacii et cuiusdam sapientis, seo Hysidori, immoque et Gregorii chronicis a mundi originem [18] dilientissime [19] percurrens, usque decedentem regnum Gunthramni, his quinque chronicis huius libelli nec plurima pretermissa siggyllatem [20] congruentia stilo inserui, quod illi sollertissime absque reprehensionem [21] condederunt. Cum haec ita se habebant, necessarium duxi uiretatem diligencius insequi, et ob id in priores his chronicis, quasi

[1] inicio [2] Sigyberti [3] natiuitate [4] iniciu [5] Radulfi [6] iussu [7] Dagoberti [8] obetu [9] imperio [10] morte [11] inicio ascensus [12] Erchynoaldi [13] Austrasiis [14] filio [15] Sigyberti [16] interitu [17] obitu [18] origine [19] dilientissimi [20] siggylatim [21] reprehensione.

quadam [1] futuro opere, omnium mihi regnum et tempora prenotaui. In praesenti autem stilo ea tempora ponens in [2] singularum gentium curiosis (f. 125.) simo ordine que gesserant coaptaui, quo [3] prudentissime uiri quos supra memeni, cuius chronicis, uerbo huius nomenis grego, quod Latini interpretatur gesta temporum, seuirissimi dictantes condiderunt uelut purissimus fons largiter fluenta manantes. Optaueram et ego ut mihi subcumberit talia dicendi fagundia, ut uel paululum esset ad instar, sed sarius auritur, ubi non est certa perennitas aque. Mundus iam seniscit, ideoque prudenciae agumen in nobis tepiscit, ne quisquam potest huius tempore, nec presumit oratoribus precedentes esse consimilis. Ego tamen, ut rusticitas et stremitas sensus mei ualuit, studiosissime de hisdem libris breuiatem [4] quantum plus potui aptare presumsi. Nec quisquam legens hic quicquam dubitet per uniuscuiusque libri nomen redeat ad auctorem cuncta reperiet subsistere uiretatem; trasactis namque Gregorii libri uolumine temporum gesta que undique scripta potui repperire et mihi postea fuerunt cognita, acta regum et bella (f. 125, v°.) gentium quae gresserunt [5] legendo simul et audiendo etiam et uidendo, cuncta que certeficatus [6] cognoui, huius libelli uolumine scribere non solui, sed curiosissime quantum potui inseri studui, de eodem incipiens tempore scribendum, quo Gregori [7] fines gesta cessauit et tacuit, cum Chilperici uitam finisse scripsit. Explicit prologus.

In nomen domini nostri Ihesu Christi, incipit chronica sexta.

I. Gunthramnus rex Francorum cum iam anno xxiii Burgundiae regnum bonitate plenus feliciter regebat, cum sacerdotibus utique sacerdus ad instar se ostendebat, et cum leudis erat aptissimus, aelymosinam pauperibus large [8] tribuens, tante prosperetatis regnum tenuit [9] omnes etiam uicinas gentes ad plinitudinem de ipso laudis canerent. Anno xxiiii regni sui deuino [10] amore eclesiam beati Marcelli, ubi ipsi [11] praeciosus requiescit in corpore, suborbanum [12] Cabilonninsim, sed quidem tamen Sequanum est territurium, merefice [13] et sollerter aedificare iussit, (f. 126.) ibique monachis congregatis monasterium condedit ipsamque ecclesiam rebus pluremis ditauit.

[1] quandam [2] et [3] quod [4] breuiatim [5] gesserunt [6] certificatus [7] Gregorii [8] largiter [9] ut omnes [10] diuino [11] ipse [12] suburbano [13] mirifice.

Senodum xl episcoporum fieri precepit et ad instar institucionis monasterii sanctorum Agauninsium que temporibus Sigysmundi regis ab Auito et citeris episcopis ipso iobente princepi [1] fuerat firmatum, idemque et huius senodi coniunctionem [2] monasterium sancti Marcelli Gunthramnus institucionem firmandam curauit.

II. Hoc anno Gundoaldus cum solatio Mummolo et Desiderio mense nouembre partem regni Gunthramni presumsit inuadere et ciuitates euertere. Gunthramnus Leudisclum comestaboli [3] et AEghylanem patricium cum exercito contra ipsum direxit. Gundoaldus terga uertens Conbanem ciuitatem latebram dedit, exinde de rupe a Bosone duci praecipetatus interiit.

III. Cumque Guntramno perlatum fuisset eo quod frater suos Chilpericus esset interfectus festinans perrexit Parisius, ibique Fredegundem cum filio Chilperici Clothario ad se uenire precipit, (f. 126, v°.) quem Rioilo uilla baptizare iobet et eum de sancto lauacro excipiens in regnum patris firmauit.

IIII. Anno xxv regnum Gontramni Mummolus Senuuia iusso Gunthramni interfecetur [4], uxorem eius Sidoniam una cum omnes thinsauris eius Domnolus domesticus et Vuandalmarus camararius Gundramno presentant.

V. Anno xxvi regni sui exercitus Gunthramni Espanias ingreditur, sed loci infirmitatis grauatus protenus ad propria reuertur [5]. Anno xxvii eiusdem regno Leudischus [6] a Guntramno patricius partibus Prouenciae ordenatur. Filius Childeberti regis Theodebertus natus fuisse nunciatur. Eo anno nimia inundatio fluminum in Burgundias fuit ut eorum terminus nimium transcenderint; ipsoque anno Syagrius comex Constantinopole iusso Gunthramni in legatione pergit, ibique fraude patricius ordenatur. Ceptum quidem sed ad perfectione haec fraos non peraccessit. Eo anno signum apparuit in caelum globus igneos decedens in terram cum scintellis et rugeto. (f. 127.)

VI. Ipsoque anno Leubildus rex Spaniae moritur, et obtenuit regnum Richarid filius eius. Anno xxviii regni domni Gunthramni, alius filius Childeberti nomen Teudericus natus nunciatur.

VII. Gunthramnus se cum Childeberto pacem firmant, dum Andelao coniuncxit inibi mater et soror et coniux Childeberti regis pariterque fuerunt, ibique speciale conuenencia inter domno Guntramno

[1] principe [2] coniunctione [3] comistaboli [4] interficitur [5] reuetruntur [6] Leudischlus.

et Childeberto fuit conuentum ut regnum Gunthramni post eius discessum Childebertus adsumerit [1].

VIII. Ipsoque tempore Rauchingus, et Boso, Gunthramnus, Vrsio et Bertefredus optematis Childeberti regis, eo quod eum tractauerant interficere, ipso regi [2] ordenante interfecti sunt; sed et Leudefredus Alammannorum dux in offensam antedicti regis incidit [3], etiam et latebram dedit. Ordenatus est loco ipsius Vncelenus dux. Eo anno Richarid rex Gotorum diuino [4] amplectens amore [5] prius secrecius baptizatur. Post haec omnes Gothus dum Arrianam sectam tenebant [6] Toletum adhunare precepit et omnes libros Arrianos precepit ut presententur [7], quos in una domo conlocatus (f. 127, v°.) incendio concremare iussit et omnes Gothos ad christianam legem baptizare fecit.

VIIII. Eo anno uxor Anaulfi imperatores [8] Persarum nomen [9] Caesara uirum relinquens, cum quattuor pueris totidem puellis ad beatum Iohannem episcopum Constantinopulem [10] ueniens, se unam esse de populo dixit, et baptismi gratiam ad antedictum beatum Iohannem expetit. Cumque ab ipso pontifice fuisset baptizatus [11] agusta Maurici imperatores [12] eadem [13] sancto suscepit lauacro, quam cum uir suos [14] imperatur [15] Persarum per legationis sepius repetiret, et Mauricius emperator [16] uxorem ipsius esse nesciret, tunc agusta uidens eam pulcerrimam [17] suspicans ne ipsa esset quam legati quaerebant, dicensque eis : « Mulier quedam de Persas [18] hic uenit, dixit [19] se unam esse de populo, uidete eam forsitam [20] ipsa est quam queretis. » Quam legati uidentis proni in terram adorauerunt, dicentes ipsam esse eorum dominam quam querebant. Dicit ad eam agusta : « Reddi illis responsum. » Tunc illa respondit : « Ego cum istos [21] non loquor, uitam [22] illorum instar [23] ad canis est. Si conuersi christiani sicut (f. 128.) et ego sum efficiuntur [24], tunc eis respondebo. » Legati uero animo libenti baptismi gratiam accipiunt, postea dicens ad eos caesara : « Se [25] uir meus uoluerit fieri christianus et baptismi gratiam accipere, libenter ad eum reuertam [26], nam paenitus aliter ad ipso non repedabo. » Legati imperatore Persarum nunciantes, statim ille legationem ad Mauricio imperatore misit ut sanctus Iohannis uenerit [27] Anciociam [28] ipso tradente baptismum uellet accipere. Tunc

[1] adsumeret [2] rege [3] incedit [4] diuinum [5] amorem [6] tenerent [7] presentarentur [8] imperatoris [9] nomene [10] Constantinopulim [11] baptizata [12] imperatoris [13] eandem [14] suus [15] imperator [16] imperator [17] pulcherrimam [18] Persis [19] dixitque [20] forsitan [21] istis [22] uita [23] ad instar [24] efficiantur [25] si [26] reuertar [27] ueniret [28] Antiociam.

Mauricius imperator infinitissimum adparatum Anciociam fieri iussit, ubi imperator Persarum cum sexaginta milia Persos [1] baptizatus est et per duabus [2] ebdomadis [3] a Iohanne et reliquis episcopis Persas ad plenitudinem suprascripto numero baptizantur. Emperatorem [4] illum Gregorius episcopus Anciociam [5] suscepit de lauacrum [6]. Anaulfus imperator Mauricio imperatore petens ut episcopus cum clero sufficienter eidem darit quos in Persas estabelirit [7], ut uniuersa Perseda [8] baptismi gratiam adhiberint, quod Mauricius libenti prestetit animo, summaque celeritate omnes Perseda [9] ad Christi cultum baptizantur.

X. Anno xxviiii Gunthramni exercitus in Spaniam (f. 128, v°.) eiusdem iusso [10] diregitur, sed negligenciam [11] Bosone, qui capud [12] exercitus fuit, grauiter a Gotis exercitus ille trucidatur.

XI. Anno xxx regni suprascripti princepis, tonica domini nostri Ihesu Christi, qui eidem in passionem sublata est, et a militibus qui eum custodebant[13] est sortita, de qua Dauid propheta dixit: « Et super uestimenta mea posuerunt sortem »,profetenti Symoni [14] filio Zacob, dis [15] per duabus ebdomadis [16] multis cruciatibus adfectus, tandem profetetur [17] ipsam tonicam in ciuitatem Zafad procul a [18] Hyerusolima in arca marmorea posetam [19] esse, quam Gregorius Anthiocenus et Thomas Hyerusolimarum, Iohannis [20] Constantinopolitanus episcopi cum aliis multis episcopis triduanum facientes ieiunium exinde condigni [21] cum arca marmorea, leue [22] effecta quasi ex ligno fuisset, ordine pedestro Hyerusolima cum deuocione sanctissima perduxerunt et eam in loco ubi crux Domini adoratur cum triumpho posuerunt. Eo anno luna obscurata est. Eo anno inter Francos et Brittanis [23] super fluuio [24] Vicinonia bellum est ortum.

XII. Beppelenus dux Francorum factione Hebracharii idemque ducis [25] (f. 129.) a Brittanis interficetur. Vnde post Hebracharius ad plenitudinem paupertatis de rebus suis expoliatus peruenit.

XIII. Anno xxxi regni Guntramni Teudefredus dux ultraioranus moritur, cui successit Vuandalmarus in honorem ducati. Ipsoque anno Ago dux in AEtalia super Langobardus in regno sublimatur. Anno xxxii regni Gunthramni ita a mane usque media diae sol minoratus est, ut tercia [26] pras [27] ex ipso uix adpareret.

[1] Persarum [2] duas [3] ebdomadas [4] imperatorem [5] Antiochiam [6] lauacro [7] estabeliret [8] Persida [9] Persida [10] iussu [11] negligentia [12] Bosoni,qui caput [13] custodiebant [14] profetante Symone [15] Zacob per [16] duas ebdomadas [17] profitetur [18] ab [19] positam [20] et Iohannis [21] condigne [22] leuis [23] Brittanus [24] fluuium [25] dux [26] tertia [27] pars.

XIIII. Anno xxxiii regni Gunthramni eo anno, quinto kalendas aprilis [1], ipse rex moritur. Sepultus est in ecclesia sancti Marcelli in monasterio quem ipsi [2] construxerat. Regnum eiusdem Childebertus adsumsit. Eodem anno Quintrio dux Campanensim cum exercito in regno [3] Clothariae [4] ingreditur. Clotharius cum suis obuiam pergens hostiliter Quintrione [5] in fugam uertit sed utrasque [6] exercitus nimium trucidatus est.

XV. Anno secundo cum Childebertus regnum accepisset Burgundiae exercitus Francorum et Brittanorum in inuicem proeliantes uterque nimium gladio trucidantur. Anno iii Childeberto in Burgundia regnante multa signa in caelo (f. 129, v°.) ostinsa [7] sunt, apparuit stilla [8] comitis. Eo anno exercitus Childeberti cum Varnis qui reuellare conauerant fortiter demicauit, et ita Vuarni trucidati uicti sunt ut parum ex ipsis remansisset.

XVI. Quarto anno post quod Childebertus regnum Guntramni [9] acciperat defunctus est, regnumque eius filii sui Teudebertus et Teudericus adsumunt. Teudebertus sortitus est Auster [10] sedem habens Mittensem [11], Teudericus accipit regnum Gunthramni in Burgudia sedem habens Aurilianes.

XVII. Eo anno Fredegundis cum filio Clothario regi [12] Parisius uel reliquas ciuitates rito barbaro occupauit et contra filius Childeberti regis Teudeberto et Teuderico mouit exercitum loco nominante Latofao. Castra uterque ex aduerso ponentes Chlotharius cum suis super Theudebertum et Teudericum inruens, eorumque exercito grauiter trucidauit. Anno secundo regni Teuderici Fredegundis moritur.

XVIII. Anno tercio regni Teudeberti Vuintrio dux instigante Brunechilde interficetur. Anno iiii regni Theuderici Quolenus genere Francos (f. 130.) patricius ordenatur. Eo anno cladis glandolaria Marsilia et reliquas prouinciae ciuitates grauiter uastauit. Eo anno aqua caledissima in laco Duninse quem Arola flumenis influit sic ualidae aebulliuit ut multitudinem pissium coxisset. Eo anno Vuarnecharius maior domi [13] Teuderici transiit, qui omnem facultatem suam in alimuniis pauperum distribuit.

XVIIII. Eo anno Brunechildis ab Austrasies [14] eiecta est et in Arciacinsem campaniam a quidam homini paupero singula reperitur;

[1] aprelis [2] ipse [3] regnum [4] Chlotharii [5] Quintrionem [6] uterque [7] ostensa [8] stella [9] Gunthramni [10] Austros [11] Mettensem [12] rege [13] domus [14] Austrasiis.

secundum eius peticionem [1] ipsam ad Teuderico [2] perduxit. Teudericus [3] auiam suam Brunechildem libenter recipiens gloriose honorat. Huius uicissitudine meretum [4] episcopatum Audicioderinsem faciente Brunechilde adsumpsit. Anno v regni Teuderici [5] iterum signa que anno superiore uisa fuerant globae igneae per caelum currentes et ad instar multitudinem astarum igneum ad occidentem apparuerunt.

XX. Ipsoquea nno Teudebertus [6] et Teudericos [7] reges contra Clotharium regem mouint [8] exercitum et super fluuio Aroanna nec procul a Doromello uico prilium [9] confligentes iuncxerunt. (f. 130, v°.) Ibique exercitus Clothario [10] grauissime trucidatus est, ipsoque cum his qui remanserunt in fuga uerso pagus et ciuitates ripa Sigona, qui se ad Clothario [11] tradedirant, [12] depopulant et uastant. Ciuitates ruptas nemi [13] pluritas captiuorum ab exercito Theuderici et Theudeberti exinde ducetur [14]. Chlotharius oppressus uellit nollit per pactiones uinculum firmauit, ut inter Segona et Legere [15] usque mare Ocianum et Brittanorum limite pras [16] Teuderici [17] haberit, et per Secona et Esera [18] docatum [19] integrum Denteleno usque Ocianum mare Theudebertus reciperit; duodicem tantum pagi inter Esara [20] et Secona et mare litores Ociani Chlothario remanserunt. Anno sexto regni Theuderici Cautinus dux Teudeberti interficetur.

XXI. Anno vii regni Theuderici de concubina filius nascitur nomen [21] Sigybertus; et AEgyla patricius nullis culpis extantibus [22] instigante Brunechilde legatus interficetur, nisi tantum cupiditatis instincto ut facultatem eius fiscus adsumerit [23]. Eo anno Teudebertus et Teudericus exercitum contra (f. 131.) Vuasconis dirigunt, ipsosque Deo auxiliante deiectus suae dominatione redegiunt et tributarius faciunt. Ducem super ipsos nomen [24] Geniale instituunt, qui eos feliciter dominauit.

XXII. Eo anno corpus sancti Victoris qui Salodero cum sancto Vrsio [25] passus fuerat a beato Aeconio pontifice Mauriennense inuenitur. Quadam nocte in suam [26] ciuitatem [27] ei reuelatur in compnium [28] ut surgens protinus iret ad eclesiam, quam Sideleuba regina suburbanum [29] Genauinse [30] construxerat, in medium eclesia designatum

[1] petitionem [2] Theudericum [3] Theudericus [4] meritum [5] Theuderici [6] Theudebertus [7] Theudericos [8] mouent [9] prelium [10] Clotharii [11] Clotharium [12] tradiderant [13] nimai [14] ducitur [15] Ligere [16] pars [17] Theuderici [18] Isera [19] ducatum [20] Isara [21] nomene [22] existentibus [23] adsumeret [24] nomene [25] Vrso [26] sua [27] ciuitate [28] sompnio [29] suburbano [30] Genauense.

locum illum sanctum corpus adesset. Cumque Genaua festinus perrexisset cum beatis Rusticio et Patricio episcopis triduanum faciens ieiunium lumen per noctem ubi illum gloriosum et splendidum corpus erat apparuit, quem cum selencio hii tres pontifecis cum lacrimis et orationibus eleuato lapide in arcam argentiam [1] inuenerunt sepultum, cuius faciem robentem [2] quasi uiuum repperunt [3]. Ibique princeps Theudericus presens aderat multisque rebus huius eclesiae tribuens maxemam partem facultates Vuarnacharii ibidem confirmauit. (f. 131, v°.) Ad sepulchrum illum sanctum mirae uirtutes ex ipsa diae quo repertum est prestante Domino integra adsiduaetate ostenduntur. Eo anno Aetherius episcopus Lugdunensis obiit : ordenatur loco ipsius Secundinus episcopus.

XXIII. Eo anno Fogas dux et patricius reipublicae uictur [4] a Persas [5] rediens Mauricio [6] emperatore [7] interfecit, in loco ipsius imperium adsumsit.

XXIIII. Anno viii regni Teuderici de concubina nascitur ei filius nomen [8] Childebertus, et senodus Cabillonno collegitur. Desiderium Viennensem episcopum deieciunt, instigante Aridio Lugdunensi episcopo et Brunechilde, et subrogatus est loco ipsius sacerdotale officio Domnolus, Desiderius uero in insula quedam exilio retrudetur. Eo anno sol obscuratus est. Eo quoque tempore Bertoaldus genere Francos maior domus palacii Teuderici erat morebus [9] mensuratus, sapiens et cautus, in prilio [10] fortis, fidem cum omnibus seruans. Anno viiii regni Teuderici nascitur ei de concubina filius nomen [11] Corbus. Cum iam Protadius genere Romanus uehementer in palacium ab omnibus uenera- (f. 132.) retur et Brunechildis stubre [12] gratiam [13] eum uellit honoribus exaltare; defuncto Vuandalmaro duci [14] in pago ultraiorano et Scotingorum Protadius patricius ordenatur instigatione Brunechilde. Vt Bertoaldus pocius interiret eum ripa Segona usque Ocianum mare per pagus et ciuitates fiscum [15] inquerendum dirigunt.

XXV. Bertoaldus a Teuderico directus cum trecentus [16] tantum uiros [17] illis partibus properauit, cumque Arelao uilla uenisset et uenationem inibi exercerit [18], haec conperiens Clotharius filium suum Maeroeum [19] et Landericum maioris domus cum exercitum [20] Bertoaldum opprimendum direxit, et maximam partem inter Segona et Legere pagus et ciuitates de regno Theuderici presumpsit contra pactum perua-

[1] arca argentea [2] rubentem [3] repperiunt [4] uictor [5] Persis [6] Mauricium [7] emperatorem [8] nomene [9] moribus [10] prelio [11] nomene [12] stupri [13] gratia [14] duce [15] fiscos [16] trecentis [17] uiris [18] exerceret [19] Maerobeum [20] exercitu.

dere. Bertoaldus haec audiens cum sustenere non preualebat terga uertens Aurilianes ingreditur, ibique a uero [1] beatissimo Austreno episcopo suscepetur [2]. Landericus cum exercito Aurilianes circumdans uocabat Bertoaldum ut exiret ad prilium [3]. Bertoaldus de muro respondens : (f. 132, v°.) « Nos duo singulare certamen si me expectare deliberas reliqua multetudine procul suspinsa [4] iungamus ad prilium [5], a Domino iudecemur. » Sed haec Landericus facere distulit. Addens Bertoaldus dixit : «Dum facere non audes proximum temporis Domini nostri pro ea que facetis [6] iungent ad prilio [7]. Induamur uterque ego et tu uestibus uermiclis, precedamos chetheris [8] ubi congressus erit certamenis [9]; ibique tua et mea utilitas adparebit, promittentes ante Deum ab inuicem promissionis huius ueritatem subsistere.»

XXVI. Cumque haec in diem [10] festi [11] sancti Martini antestites actum fuisset, Theudericus cum haec conperisset quod a Clothario pars regni sui contra pactum fuerat peruasum, natiuitate Domini protinus cum exercitum Stampas super fluuio Loa peruenit, ibique obuiam Meroeus [12] filius Clotharii regis cum Landerico et magno exercito uenit. Cum esset artus peruius ille ubi Loa fluuius transmeatur uix tercia pars exercitus Teuderici transiuerat initum est prilium [13], ubique Bertoaldus secundum placetum [14] adgreditur uocetans Landericum. (f. 133.) Sed Landericus non est ausus ut promiserat tantum huius certaminis congressionem adire, ibique Bertoaldus cum nimis citeris [15] precessisset ab exercito Clothariae [16] cum suis interficetur, nec uellens exinde euadere dum senserat se de sui gradus honorem [17] a Protadio degradandum. Ibique Meroeus [18] filius Clothariae [19] capetur [20], Landericus in fuga uersus est, nimia multitudo exercitus Clothariae [21] in eo prilio [22] gladio trucidatus est. Teudericus uictus [23] Parisius ingreditur. Teudebertus pacem cum Clothario Conpendio uilla iniuit et uterque exercitus eorum inlesus redit ad propriam.

XXVII. Anno x regni Theuderici Protadius instante Brunechilde Teuderico iobente maior domi [24] substituetur. Cum esset nimium argutissimus et strenuus in cunctis, sed saeua illi fuit contra personas iniquitas, fiscum nimium stringens, de rebus personarum ingeniose fisco uellens implere, et se ipsum ditare ; quoscumque de gentem [25] nobilem [26] repperiret totusque humiliare cona-

[1] uiro [2] suscipetur [3] prelium [4] suspensa [5] prelium [6] facitis [7] prelio [8] chetheros [9] certaminis [10] die [11] festo [12] Merobeus [13] prelium [14] placitum [15] ceteros [16] Clotharii [17] honore [18] Merobeus [19] Clotharii [20] capitur [21] Clotharii [22] prelio [23] uictur [24] domus [25] gente [26] nobili.

bat [1] ut nullus repperiretur qui gratum quem adriperat potuisset adsumere; haec his et alies nimia sagatitate uexatus maximae cunctos (f. 133, v°.) in regno Burgundiae locratus est inimicus. Cum Brunechildis nepotem suum Teudericum integra adsiduetate nonerit [2] ut contra Teudebertum mouerit exercitum, dicens quasi Teudebertus non esset filius Childeberti nisi cuiusdam ortolanum [3]; et Protadius ipsoque consilio adsistens tandem iusso Teuderici mouetur exercitus. Quod cum loco nomen Caratiaco Teudericus cum exercito castrametasse [4], ortabatur a leudibus suis ut cum Theudeberto pacem iniret. Protadius singulos ortabatur ut prilium [5] committeretur. Teudebertus nec procul exinde cum exercito resedebat. Tunc omnes exercitus Teuderici inuenta occasione supra Protagio inruunt, dicentes melius esse uno [6] hominem moriturum quam totum exercitum in periculum missum. Protadius in tenturio Teuderici regis cum Petro archyatro tabulam ludens sedebat cum eum undique iam exercitus circumdasset, et Teudericum leudis suae tenebant, ne illuc adgrederit, misit Vncelenum ut suae iussionis uerbum nunciaret exercitum ut se de insidias Protadiae remouerint. Vncilenus protinus ad exercitum (f. 134.) nuncians dixit: « Sic iobet domnus Theudericus ut interficiatur Protadius. » Inruentes super eum tenturium regis gladio undique incidentis Protadium interficiunt. Teudericus confusus et coactus cum fratri Teudeberto pacem iniuit et inlesus uterque exercitus reuertit [7] ad propriis sedibus post discessum Protadiae.

XXVIII. Anno XI regni Teuderici subrogatur maior domus Claudius genere Romanus, homo prudens, iocundus in fabolis, strenuus in cunctis, pacienciae deditus, plenitudinem consiliae [8] habundans, litterum [9] eruditus, fide plenus, amiciciam cum omnibus sectans, priorum exempla metuens, lenem se et pacientem huius gradi ascensus ostendit. Sed hoc tantum inpedimentum habebat quod saginam [10] esset corpore adgrauatus. Anno XII regni Teuderici Vncelenus qui ad mortem Protadiae insidiose fuerat locutus instigante Brunechilde pede truncatum, de rebus expoliatus ad reuillitatem perductus est.

XXVIIII. Vulfos patricius idemque Brunechilde instigante consilio qui mortem Protadiae consenserat Fauriniaco uilla iobente Teuderico occidetur, (f. 134, v°.) et in patriciatum eius Ricomeris Romano generis subrogatur. Eodem anno natus est de concupina Teuderici filius

[1] conabatur [2] moneret [3] ortolani [4] castrametasset [5] prelium [6] unum [7] reuertitur [8] consilii [9] litteris [10] sagina.

nomen [1] Meroeus [2] quem Clotharius de sancto lauacro suscepit.

XXX. Eodem anno Teudericus Aridium episcopum Lugduninsem, Rocconem et AEborinum comestaboli ad Bettericum regem Spaniae direxit, qui exinde Ermenberta [3] filia [4] eius Teuderico matrimonio sociandam adducerint [5]. Ibique datis sacramentis ut a Teudericum ne umquam a regno degradatur [6], ipsamque accipiunt et Teuderico Cabillonno presentant, quem [7] ille gaudens diligenter suscepit. Eadem factionem auiae suae Brunechilde uirile coitum non cognouit. Instigantibus uerbis Brunechilde aua [8] et Teudilane germana efficetur odiosa. Post anni circulum Theudericus Ermenbergam expoliatam a thinsauris [9] Spaniam retransmisit.

XXXI. Bettericus haec indignans legationem ad Clothario [10] direxit, legatus [11] Clothario cum Betterici ad Teudebertum perrexit. Iterum Teudeberti legati cum Clothario et Betterico legaries ad Agonem regem AEtaliae accesserunt et unianimiter hii quattuor regis cum exercitum (f. 135.) undique super Theudericum inruerint [12], regnum eius auferrint [13], et eum morte damnarint [14], eo quod tantam de ipso reuerentiam ducebant. Legatus uero Gothorum euicto nauale de AEtaliam per mare Spaniam reuertitur. Sed haec consilius [15] diuino noto [16] non sortitur effectum quod cum Theuderico conpertum fuisset fortissime ab eodem dispicetur.

XXXII. Eo anno Teudericus consilio Aridio episcopo Lugduninse perfedum utens et persuasum auae suae Brunechilde sanctum Desiderium de exilium egressum lapidare precipit; ad cuius sepulcrum mirae uirtutes a diae transitus sui Dominus integra adsiduaetate ostendere dignatur, per quod credendum est pro hoc malum gestum regnum Theuderici et filiis suis [17] fuisse distructum.

XXXIII. Eo anno mortuo Betterico Sisebodus Spaniae successit in regno, uir sapiens et in totam Spaniam laudabelis ualde pietate plenissemus, nam et aduersus manum publecam fortiter demicauit, prouinciam Cantabriam Gothorum regno subaegit quam aliquando Franci posse derant. Dux Francio nomen qui Cantabriam in tempore Francorum egerat [18], tributa Francorum regibus multo tempore impleuerat, sed cum [19] parte imperiae fuerat (f. 135, v°.) Cantabria reuocata a Gothis ut super legetur [20] preoccupatur, et plures ciuitates ab imperio romano Sisebodus [21] litore maris abstulit et usque fundamentum destruxit

[1] nomene [2] Merobeus [3] Ermenbertam [4] filiam [5] acducerent [6] degradaretur [7] quam [8] auia [9] thensauris [10] Clotharium [11] legatos [12] inruerent [13] auferrent [14] damnarent [15] consilium [16] nutu [17] malo gestum-filiorum eius [18] subegerat [19] cum a [20] legitur [21] Sisebodus in.

Cumque Romani ab exercito Sisebodi trucidarentur, Sisebotus dicebat pietate plenus: « Eu me misero, cuius tempore tante[1] sanguis humanae[2] effusio fietur ! [3]» Cuiuscumque[4] potebat[5] occurrere[6] de morte liberabat. Confirmatum est regnum Gothorum in Spaniam per mare litora usque Pareneos[7] montes.

XXXIIII. Ago rex Langobardorum accepit uxorem Grimoaldi et Gundoaldi germanam, nomen[8] Teudelendae, ex genere Francorum quem Childebertus habuerat disponsatam. Cum eam consilium[9] Brunechilde postposuisset, Gundoaldus cum omnibus rebus secum germanam Teudelende in AEtaliam transtulit et Teudelindae matrimonium Agonem[10] tradedit. Gundoaldus de gente nobile[11] Langobardorum accepit uxorem de qua duos filius habuit his nominibus Gundeberto[12] et Chairiberto[13]. Ago rex filius Authario rege[14] de Theudelindem habuit filium nomen[15] Adoaldo et filiam nomen[16] Gundoberga. Dum Gundoald a Langobardis nimium dilegeretur factione Agone regi et Teudelindae cum ipsum iam (f. 136.) zelum tenerint[17] ubi ad uentrem purgandum in faldaone sedebat saggitta saucius moritur.

XXXV. Anno XIII regni Teuderici cum Theudebertus Bilichildem habebat uxorem quam Brunechildis a neguciatoribus mercauerat et esset Bilichildis utilis, et a cunctin[18] Austransiis[19] uehementer diligeretur, simplicitatem Teudeberti honeste conportans, nihil se menorem a Brunechilde esse censirit, sed sepius per legatus Brunechilde dispicirit[20] dum ab ipsa increpabatur quod ancilla Brunechilde fuisset, tandem his et aliis uerbis legatis discurrentibus ab inuicem uexarentur placetus inter Colerinse et Sointense fiaetur, ut has duas reginas pro pacem[21] inter Teudericum et Teudebertum coniungerint[22] conloquendum ; sed Bilichildis consilio Austrasiis inibi uenire distulit.

XXXVI. Anno XIIII regni Teuderici beatus[23] Columbanus[24] creuerat iam parsim[25] fama is[26] ciuitatis[27] suae[28] in uniuersas Gallias uel Germaniae prouincias eratque omnium rimore[29] laudabilis, omnium cultu uenerabelis in tantum ut Teudericus rex ad eum saepe Lossouuio[30] uenerit[31] et orationum suarum suffragio omni cum humilitate poscerit[32]. Ad quem saepissimae cum uenerit[33] coepit uir Dei eum increpare quur concubinarum (f. 136, v°.) adulteriis misceretur, et non po-

[1] tantus [2] humanus [3] effunditur [4] cuicumque [5] potuisset [6] succurrere [7] Paereneos [8] nomene-quam [9] consilio [10] Agoni [11] nobili [12] Gundebertus [13] Chairibertus [14] regis [15] nomen [16] nomene [17] tenerent [18] cunctis [19] Austrasiis [20] dispiceret [21] pace [22] coniungerent [23] beati [24] Columbani [25] passim [26] his [27] ciuitatibus [28] suae *exponctué*. [29] rumore [30] Lossouium [31] ueniret [32] posceret [33] ueniret.

cius legetimi coniugii solamina frueretur, ut regales prolex [1] ex honorabilem [2] reginam [3] prodiret, et non pocius ex lupinaribus uideretur emergi. Cumque iam ad uiri Dei imperium regis sermo obtemperaret et se omnibus inlicetis secregare responderet, mentem Brunechildis auiae, secundae ut erat Zezebelis antiquus anguis adiit, eamque contra uirum Dei stimulatam superbiae aculeo excitat, quia cerneret uiro Dei Theudericum oboedire. Verebatur enim ne si abiectis concubines reginam aulae perfecisset dignitates atque honoris sui modum amputasset. Euenit ergo ut quadam die beatus Columbanus ad Brunechildem uenerit [4], erat enim tunc apud Brocariacum uilla, cumque illa eum in aula [5] uenire cerniret filios Teuderici quos de adulterinis permixtionibus habebat ad uirum Dei adducit, quos cum uedisset sciscitatur quid sibi uellent. Cui Brunechildis ait : « Regis sunt filii, tu eos benedictione robora. » At ille : « Nequaquam, inquid, istos regalia sceptra suscepturus scias, de lupinaribus emerserunt. » Illa furens paruolus abire iobet [6]. Egrediens uir Dei regiam aulam dum limitem transiliret fragor ex terrorem [7] incussit nec tamen miserae (f. 137.) feminae fororem [8] conpescuit, paratque deinde insidias molire. Vicinus monastirii [9] per nuncius imperat ut nulli eorum extra monasterii terminos iter pandatur neque receptacula monachis eius uel quelibet subsidia tribuantur. Cernens beatus Columbanus regios animos aduersum se permotus ad eos properat, et suis monitis miserat pertenaciae intentu frangat. Erat enim tunc temporis apud Spinsiam uillam publecam; quo [10] cum iam sol [11] occumbentem [12] uenisse regi nunciant uirum Dei inibi nec, esset regis domibus metare uellit. Tunc Teudericus ait, melius esse uirum Dei oportunis subsidiis honorare quam Dominum ex seruorum eius offensam ad iragundiam prouo care; iobet ergo regio cultu oportuna parare Deique famolo dirigi. Itaque uenerunt et iuxta imperium regis oblata offerunt. Que cum uidisset dapes et pocula cultu regio admenistrata [13] inquirit quid sibi de ista [14] uellint. Aient ille [15] : « Tibi a rege fore directa. » Abuminatus ea ait : « Scriptum est : Munera impiorum reprobat altissemus. Non enim dignum est ut famolorum Dei ora cibis eius polluantur qui non solum suis uerum etiam aliorum habitaculis famulis Dei aditum deniget. » Et his dicta [16] uascula omnia (f. 137, v°.) in frustra disrupta sunt, uinaque ac sicera solo diffusa, ceteraque separatim dispersam [17]. Pauifacti menistri rei

[1] proles [2] honorabili [3] regina [4] ueniret [5] aulam [6] iubet [7] terrore [8] furorem [9] monasterii [10] quod [11] sole [12] occumbente [13] administrata [14] istis [15] illi [16] dictis [17] dispersa.

geste causam regi nunciant. Illi[1] pauore perculsus cum auia delucolo ad uirum Dei properant, precantur de commisso ueniam, se in postmodum emendare pollicentur. His pacatus promissis ad monasterium rediit, sed polliciti uadaemonii iura non diu seruata uiolantur; exercentur miseriarum incrimenta, solitoque a rege adulteria patrantur. Quae audita beatus Columbanus litteras ad eum uerberibus plenas direxit, comminaturque excomunicationem, si emendare dilatando non uellit. Ad haec rursum permuta[2] Brunechildis regis animum aduersum Columbanum excitat, omnique conatu perturbare intendit, oraturque proceris[3] auligas, optamatis[4] omnes, ut regis animum contra uerum[5] Dei perturbarint[6], episcopusque[7] sollicitare adgresssa et de eius religione detrahendo, et statim regulae quam suis custodienda monachis indederat macularet. Obtemperantes igitur auli[8] regiae persuasionibus misere reginae regis animum contra uerum Dei perturbant, cogentes ut accideret hac religione (f. 138.) probaret abactus. Itaque rex ad uirum Dei Lussouium uenit, conquestusque cum eo cur ab conprouincialibus moribus discisceret, et inter septa secretiora omnibus christianis aditus non pateret. Beatus itaque Columbanus, ut erat audax atque animo uegens, talibus obicienti regi respondit se consuetudinem non habere ut secularium hominum et relegioni alienis famulorum Dei habitationes pandant introitum; se et oportuna aptaque loca ad hoc habere parata quo omnium hospitum aduentus suscipiatur. Ad haec rex : « Si, inquid, largitatis nostre munera et solamenis supplimentum capere cupis, omnibus in locis omnium patebit introitus. » Vir Dei respondit : « Si quod nunc usque sub regulare[9] disciplinae abenis constrictum fuit uiolare conaris, nec tuis muneribus nec quibusquae subsidiis me fore ad te sustentaturum, et si hanc ob causam tu hoc in loco uenisti ut seruorum Dei caenubia distruas et regularem disciplinam macules, cito tuum regnum funditus ruiturum et cum omni propaginae regia dimersurum. » Quod postea rei probabit euentus. Iam enim timerario conatu rex refecturium ingressus fuerat, his ergo territus dictis foris celer repetat. (f. 138, v°.) Diris[10] post haec uir[11] Dei increpationibus rex urguetur, contraque Teudericus ait: « Martirii coronam a me tibi inlaturam speras, non esse tantae demenciae, ut hoc tantum patraret scelus, sed pociores consiliis ea geret utilia[12] paraturum, ut qui ab omnium saecularium mores discescat quo uenerit, ea uia repetare studeat. » Auligum simul consona uoce uota pro-

[1] Ille [2] permota [3] proceres [4] optimates [5] uirum [6] perturbarent [7] episcoposque [8] aule [9] regulari [10] duris [11] uiri [12] utelia.

rumpunt se habere non uelle his in locis qui omnibus non societur. Ad haec beatus Columbanus se dicit de cinubii septa[1] non egressurum nisi uiolenter abtrahatur[2]. Discessit ergo rex, relinquens uirum quendam procerem nomen[3] Baudulfum, his enim cum remansisset uirum Dei a monasterio pellet, et poenes Vesoncionem oppidum ad exulandum perducit quoadusque ex eo regali sentencia quod uoluisset decerneret. Post haec uir Dei cernens quod nullis costudiis angeretur a nulloque molestiam ferret, uidebant enim omnes in eum Dei uirtutem flagrare ideoque omnes ab eius iniuriis secregabantur ne socii culparum forent; ascendit ergo dominica die in uerticem ardui cacuminis montis illius,ita enim situs urbis habetur cum domorum densitas in diffuso (f. 138 *bis*.) latere procliui montis sita sit prorumpint[4] ardua in sublimibus cacuminibus qui undique abscisi fluminis Douae alueo uallante nullatenus commeantibus uiam pandit, ibique usque ad mediam diem expectat si aliqui iter ad monasterium reuertendi prohibeat, et cum nullus contrarius existeret ipse per mediam urbem cum suis ad monasterium regreditur. Quo audito Brunechildis ac Theudericus quod scilicet ab exilio reuertisset atrociorebus irae aculeis stimulantur; iubent Bertharium comitem attencius perquirendum uirorum cum presidio simulque et Baudulfum quem superius direxerat destinarunt.Quo cum uenissent, beatum Columbanum in eclesia posetum sallentioque ac oratione deditum cum omni congregatione fratrum repperiunt,sicque uirum Dei adlocuntur: « Vir Dei, precamur ut tam regiis quam etiam nostris oboedias preceptis, egressusque eo itenere quo primum his aduentasti in locis. » At ille: « Non enim, inquid, reor placere conditore[5] semul[6] natali solo ob Christi timorem relecto[7] dinuo repedare. » Cumque nullatenus cerneret sibi uirum Dei obaudire, relictis quibusdam quibus ferocia[8] animi forcior inerat (f. 138 *bis*, v°.) Bertharius abscessit.Hii uero qui remanserant uirum Dei hortantur ut illis misereatur qui ad tale opus patrandum infeliciter fuerant relicti, eorumque periculo consoleret qui si eum uiolenter non abstraherent mortis eos pericolum incurrere. At ille se ait iam saepius testatum esse nisi uim[9] abstraheretur se non discessurum. Illi gemino uallati periculo undique urguenti formidinae palleum quo indutus erat adtingunt,alii genibus prouoluti cum lacrimis precantur ut pro tanti sceleris culpam[10] illis ignosceret, qui non suis desideriis sed regiis obtemperarent preceptis.Videns ita-

[1] septis [2] abstrahatur [3] nomene [4] prorumpunt [5] conditori [6] semel [7] relicto [8] ferocitas [9] ui [10] culpā.

que uir Dei pericolorum fore si suae seuiretate satisfaceret, cum omni eiulatu acque [1] maerore egreditur depotatis custodibus qui quousque ditionis suae regno pelleretur non eum relinquerint [2].Inter quos primus Ragumundos [3] erat qui eum Nametis usque perduxit; sicque a regno Theuderici expulsus iterum Hiberniam insulam repedare disposuit, sed ut nulli paenitus iter gradiendum fit pontificius nisi permissum altissimi, ipsi [4] uero sanctus Italiam expetens monasterium in loco nomen Bobio [5] illuc construens sancte conuersationis (f. 139.) plenus dierum migrat ad Christum.

XXXVII. Anno xv regni Theuderici cum Alesaciones ubi fuerat enutritus preceptum patris sui Childeberti tenebat a Theudeberto rito [6] barbaro peruadetur. Vnde placetus inter his [7] duos regis, ut Francorum iudicio finiretur Saloissa castro instituunt,ibique Theudericus cum escaritus [8] utrumque dece milia accessit; Theudebertus uero cum magno exercito Austrasiorum inibi prilium [9] uellens [10] committendum adgreditur. Quod cum undique Theudericus ab exercitum [11] Theudeberti circumdaretur, quoactus atque conpulsus Theudericus timore perterritus per pactionis uinculum Alsatius ad parte Theudeberti firmauit, etiam et Suggentensis et Turensis et Campanensis, quos saepius repetibat, idemque amisisse uisus est. Regressi uterque ad [12] sidebus [13] propriis his diebus et Alamanni in pago Auenticense ultraiorano hostiliter ingressi sunt, ipsoque [14] pago predantes Abbelenus et Herpinus comitis cum citeris [15] de ipso pago comitebus cum exercito [16] pergunt obuiam Alamannis. Vterque falange Vuangas iungunt ad priliun [17],Alamanni Transioranus superant, pluretate eorum gladio trucedant et prosternunt, (f. 139, v°.) maximam partem territurio [18] Auenticense incendio concremant, plurum [19] nominum [20] hominum exinde in captiuitate [21] duxerunt, reuersique cum predam [22] pergunt ad propriam. Theudericus has iniurias deinceps integra adsiduetate consilium iniebat quo pacto Theudebertum potuisset oppremere. Eo anno Bilechildis [23] a Teudeberto interfecitur [24].Theudebertus puella [25] nomen Teudechilde accepit uxorem. Anno xv Theuderici legationem ad Chlothario [26] diregit, indecans [27] se contra Theudebertum, eo quod suos [28] frater non esset, hostiliter uelle adgredere, Chlotharius in solatium Theudeberti non esset, docatum Denteleni quem contra Theu-

[1] atque [2] relinquerent [3] Ragumundus [4] ipse [5] nomene Bobium [6] ritu [7] hos [8] escaritos [9] prelium [10] uolens [11] exercitu [12] ad *exponctué*. [13] sedebus [14] ipsumque [15] ceteris [16] exercitu [17] prelium [18] territurii [19] plurimum [20] nimium [21] captiuitatem [22] preda [23] Belechildis [24] interficitur [25] puellam [26] Chlotharium [27] indicans [28] suus.

deberto cassauerat, si Theudericus Theudebertum superabat, Chlotharius super memorato Denteleno docato [1] suae dicione receperit [2]; hanc conuenenciam a Theudericum et Chlotharium legatus [3] intercurrentes firmatam, Theudericus mouit exercitum.

XXXVIII. Anno XVII regni sui Lingonas de uniuersas [4] regni sui prouincias mense madio exercitus adunatur, dirigensque per Andelaum Nasio castra ceptum, Tollo ciuitate perrexit et cepit. Ibique Theudebertus cum Austrasiorum exercitum [5] obuiam pergens Tollensem (f. 140.) campaniam confligunt certamine. Theudericus superat Teudebertum eiusque exercitum prostrauit; caesa sunt [6] exercitus eodem prilio [7] nimia multitudo uirorum fortium. Theudebertus terga uertens per territurio [8] Mittensem ueniens, transito Vosago Coloniam fugaciter peruenit. Theudericus post tergum cum exercitum insequens beatos et apostolicos uir Lesio, Mogancensis [9] urbis episcopus, diligens utiletatem Theuderici et odens stulticiam Theudeberti, ad Theuderico [10] ueniens dixit : « Quod coepisti perfice, satis te uteliter [11] oportet huius rei causam expetire. Rustica fabula dicetur [12], lopus [13] ascendisset in montem et cum filiae [14] suae [15] iam uenare coepissent eos ad se in monte uocat dicens : Quam longe ocolus uester [16] in unam quemque [17] parte uidere preualet non habetis amicus nisi paucus qui [18] uestro genere sunt. Perfecite quod coepistis. » Theudericus cum exercitum [19] Ardinnam transiens Tholbeaco peruenit. Theudebertus cum Saxonis Thoringus uel ceteras gentes que de ultra Renum uel undique potuerat adunare contra Theudericum Tholbiaco perrexit, ibique dinuo commissum est prilium [20]. Fertur a Francorum ceterasque gentes [21] ab antiquito sic forte [22] nec aliquando (f. 140, v°.) fuisse prilium [23] conceptum, ibique tantae estrages [24] ab uterque exercitus [25] facta est ubi falange ingresso certamenis [26] contra se priliabant [27], cadauera occisorunt undique non haberint [28] ubi in clinis iacerint [29], sed stabant mortui inter citerorum [30] cadauera stricti quasi uiuentes. Sed Domino precedente iterum Teudericus Theudebertum superat, et a Tolbiaco usque Colonia [31] exercitus Theudeberti gladio trucedatus. Per loca oram [32] terre coperuit [33], ipsoque die Colonia [34] perrexit, omnes thynsaurus Theudeberti inibi recepit. Dirigensque Theudericus ultra Renum post tergum Theudeberti Bertharium cobicularium, qui diligen-

[1] docatum [2] reciperet [3] legati [4] uniuersis [5] exercitu [6] est [7] prelio [8] territurium [9] Magancensis [10] Theudericum [11] utiliter [12] dicitur [13] lupus [14] filiai [15] suai [16] uestros [17] quamque [18] qui de [19] exercitu [20] prelium [21] ceterisque gentibus [22] fortiter [23] prelium [24] strages [25] exercitu [26] certamene [27] preliabant ut [28] haberent [29] iacerent [30] ceterorum [31] Coloniam [32] ora [33] cooperuit [34] Coloniam.

ter Theudebertum insequens, cum iam cum paucis fugiret Theudebertum captum Bertharius Coloniam conspectum [1] Theuderici presentat exhibetum [2] uestis [3] regalibus. Theudebertus expoliatus equosque [4] eius cum estratura regia haec [5] totumque [6] Bertharium [7] a Theuderico concedetur[8]. Theudebertus uinctus Cabylonno distinatur. Filius eius nomen[9] Merouius [10] paruolus iusso Theuderici adprehensus a quidam [11] per pede [12] ad petram percutitur, caelebrum[13] eius capite aeruptum amisit spiritum. Chlotharius docatum Denteleno [14] (f. 141.) secundum conuenentiam Theuderici integro [15] suae dicione redegit. Ob quam rem Theudericus cum iam totum Auster [16] dominarit nimia indignatione commotus contra Chlotharium exercitum. Anno xviii regni sui de Auster [17] et Burdias [18] mouere precepit legationem prius dirigens ut se [19] Chlotharius de iam dicto docato Dentelenoe [20] omnimodis remouerit, alioquin nouerit [21] se exercitum Theuderici undique regnum Chlotharium [22] impleturum. Quo [23] uerbo quem legati nunciant probauit euentus.

XXXVIIII. Ipso quoque anno iam exercitus contra Chlotharium adgredebat; Theudericus Mettis profluuium [24] uentris moritur; exercitus protinus redit ad [25] propriis sedebus. Brunechildis cum filius Teuderici quattuor Sigybertum, Childebertum, Corbum et Meroeum [26] Mettis resedens, Sigybertum in regnum patris instituere nitens.

XL. Chlotharius factione Arnulfo [27] et Pippino [28] uel citeris [29] procerebus Auster ingreditur, cumque Antonnaco ascessisset [30] et Brunechildis cum filiis Theuderici Vurmacia resederet, legatus [31] nomenibus [32] Chadoindo et Herpone ad Chlotharium direxit, contestans ei ut se de regno Theuderici quem [33] filiis reliquerat [34] remouerit [35]. Chlotharius (f. 141, v°.) respondebat et per suos legatus [36] Brunechilde mandabat iudicio Francorum electorum quicquid precedente Domino a Francis inter eosdem iudicabatur pollicetur [37] esset implere. Brunechildis Sigybertum seniorem filium Theuderici in Thoringia diriget [38], a [39] quem Vuarnarium maiorem domus et Alboenum cum citeris [40] procerebus destinauit gentesque ultra Renum adtraherint qualiter Chlothario potuissent resistere. Post tergum indiculum direxit ut Alboe-

[1] conspectui [2] exutum [3] uestimentis [4] equusque [5] haoc [6] totum [7] Farthario [8] conceditur [9] nomene [10] Meroueus [11] quodam [12] pedem [13] caerebrum [14] Dentoleni [15] integram [16] Austres [17] Austris [18] Burgundiis [19] si [20] Dentelenoi [21] noueret [22] Chlotharii [23] quod [24] profluuio [25] ad *exponctué*. [26] Meroueum [27] Arnulfi [28] Pippini [29] ceteris [30] ascendisset [31] legatus his [32] nominibus [33] quod [34] reliqueret [35] remoueret [36] legatos [37] pollicetus implere [38] Thoringiam [39] direget [40] apud [41] ceteris.

nus cum citeris [1] Vuarnacharium interfecerit [2] eo quod se in regno [3] Chlothariae [4] uellet transferre. Quod indiculo relecto Albuenus deruptum proiecit in terra [5], inuentus est a pueroVuarnachariae, super tabulam caeram linitam dinuo ipsi soledatur. Quo indicolo relecto Vuarnacharius cernens se uitae pericolum habere deinceps uehementer cogitare coepit quo pacto filii Theuderici opprimerentur et regnum Chlothariae [6] aelegerit. Gentes que illis adtractae fuerant consilio secreto desolatio Brunechilde et filiorum Theuderici procul fecit adesse, exinde regressi cum Brunechilde et filios [7] Teuderici Burgundias adpetunt missos per uniuerso [8] Auster [9] discurrentes [10] exercitum mouere (f. 142.) nitebantur.

XLI. Burgundae faronis uero [11] tam episcopi quam citeri [12] eudis timentis Brunechildem et odium in eam habentes [13] Vuarnachario consilium inientes tractabant ut neque unus ex filiis Theuderici euaderet, sed eos totus oppressus Brunechilde delirent et regnum Chlothariae [14] expetirent, quod probauit euentus. Cumque iusso Brunechilde et Sigyberto [15] filio Theuderici exercitus de Burgundia et Auster [16] contra Chlothario [17] adgrederetur.

XLII. Veniensque Sigybertus in Campania territuriae Catalauninsis super fluuium Axsoma, ibique Chlotharius obuiam cum exercito uenit, multus iam de Austrasius secum habens factione Vuarnachariae [18] maiorem domus sic iam olim [19] tractauerat consencientibus Aletheo patricio, Roccone, Sigoaldo et Teudilanae ducibus. Cumque in congresso certamine debuissent cum exercitum confligere priusquam prilia [20] recepissent signa dantis exercitus Sigyberti terga uertens re dit [21] ad propriis sedibus. Chlotharius paulatim ut [22] conuinerat [23] pos tergum cum exercitum [24] sequens usque Ararem Sauconnam [25] fluuium peruenit. Captis filiis Theuderici tres [26] Sigiberto, Corbo et Meroeo [27] quem ipse de fontes excipit [28], Childebertus fugaciter ascendens nec umquam postea fuit reuersus. (f. 142, v°.) Austrasiorum exercitus inlesus reuertit ad [29] propriis sedibus; factionemVuarnachariae [30] maioris domus cum reliquis maxime totis procerebus de regnum Burgundiae Brunechildis ad Erpone comestaboli de pago ultraiorano ex uilla Orbauna cum Theudilanae germana Theuderici producitur et Chlothario Rionaua uico super Vincenna fluuio presentatur. Sigybertus et Corbus

[1] ceteris [2] interficerent [3] regnum [4] Chlothariai [5] terram [6] Chlothariai [7] filiis [8] uniuersos [9] Austracius [10] currentes [11] Burgundionis uero [12] ceteri [13] habentes cum [14] Chlothariai [15] Sigyberti [16] Austris [17] Chlotharium [18] Vuarnachariai [19] ollim [20] prelia [21] rediit propriis [22] ut eis [23] conuenerat [24] exercitu [25] Saonnam [26] tribus [27] Meroueo [28] excepit [29] ad *exponctué*. [30] Vuarnachariai.

filius[1] Theuderici iusso Clothariae [2] interfecti sunt. Meroeus[3] secrecius iusso Chlothariae [4] in Neptrico perducetur [5], eodem amplectens amore quod ipso de sancto excepisset lauacrum, [6] Ingobode graffione commendatur, ubi plures post annos uixit. Clotharius cum Brunechildis suum [7] presentatur conspectum [8] et odium contra ipsam nimium haberit [9], repotans [10] ei eo quod dece [11] reges Francorum per ipsam interfecti fuissent, id est Sigybertus, et Meroeus [12], et genitor suos Chilpericus, Theudebertus et filius suos [13] Chlotharius, item Meroeus [14] filius Chlothariae, Theudericus et eiusdem filiae [15] tres qui ad presens estincti fuerant, per triduo eam diuersis tormentis adfectam iobetque [16] eam prius camillum [17] per omne [18] exercito [19] sedentem perducere, post haec comam capitis unum pedem (f. 143.) et brachium ad ueciosissemum [20] aequum caudam legare, ibique calcibus et uelocitate cursus membratim disrumpetur [21]. Vuarnacharius in regnum Burgundiae substituetur maior domi [22], sacramentum [23] a Chlotharium [24] acceptum [25] ne umquam uitae suae temporebus detradaretur [26]; in Auster [27] Rado idemque hoc gradum honoris adsumpsit. Firmatum est omnem [28] regnum Francorum sicut a priorem [29] Chlotharium [30] fuerat dominatum, cunctis thinsauris[31] dicione Chlothariae[32] iunioris subiecitur, quod feliciter post se decem annis tenuit pacem habens cum uniuersas [33] gentes [34] uicinas [35]. Iste Chlotharius fuit patienciae deditus, litterum [36] eruditus, timens Deum, ecclesiarum et sacerdotum magnus muneratur, pauperibus aelymosinam tribuens, benignum se omnibus et pietatem [37] plenum ostendens, uenacionem ferarum nimium adsiduae utens et posttremum mulierum et puellarum suggestionibus nimium annuens, ob hoc quidem blasphematur a leudibus.

XLIII. Cum anno xxx regni sui in Burgundia et Auster regnum arepuisset, Herpone duci [38] genere Franco [39] locum Eudilanae in pago ultraiorano instituit, qui dum pacem in ipso pago uehementer arripuisset sectari malorum nugacitate [40] reprimens, ab ipsis pagensibus instigante (f. 143, v°.) parte aduersa consilio Aletheo [41] patricio [42] et Leudemundo [43] episcopo [44] et Herpino [45] comite [46], per rebellionis audatiam Herpo dux interficetur. Chlotharius com [47] in Alefacius [48] uilla

[1] filii [2] Clothariai [3] Meroueus [4] Chlothariai [5] perducitur [6] lauacro [7] suo [8] conspectui [9] haberet [10] reputans [11] decem [12] Meroueus [13] suus [14] Meroueus [15] filiai [16] jubetque [17] camellum [18] omnem [19] exercitum [20] uiciosissemum [21] disrumperetur [22] domus [23] sacramento [24] Chlothario [25] accepto [26] degraheretur [27] Austrea [28] omne [29] priore [30] Chlothario [31] thensauris [32] Chlothariai [33] uniuersis [34] gentibus [35] uicinis [36] litteris [37] pietate [38] duce [39] Francos [40] nugacitatem [41] Alethei [42] patricii [43] Leudemundi [44] episcopi [45] Herpini [46] comitis [47] cum [48] Alesacios.

Marolegia cuinomento [1] cum Bertethrudae regina accesserat, pacem insectans multus [2] iniqui [3] agentes gladio trucidarit [4].

XLIIII. Leudemundus quidem episcopus Seduninsis ad Bertetrudem reginam ueniens sigricius consilio Aletheo patricio uerba ignominiosa dixit, quod Chlotharius eodem anno omnimodis migraret de seculo, ut thinsauris quantum potebat secretisseme ad Sidonis suam ciuitatem transferrit [5], eo quod esset locum [6] tutissimum [7], Aletheos esset paratus suam relinquens uxorem Bettethrudem reginam acceperit eo quod esset regio genere de Burgundionibus, ipse post Chlotharium possit regnum adsumere. Regina Bertetrudis cum haec audisset uerens ne ueritatem subsisterit [8] lacrimas prorumpens abiit in cobiculum. Leudemundus cernens se huiuscemodi uerbis habere periculum fugaciter per nocte [9] Sedunis perrexit, exinde latante [10] fuga Lussouio [11] ad domno [12] Austasio [13] abbatem peruenit. Post haec ab ipso abbati cum domno Chlothario his culpis excusatur ad suam reuersus est ciuitatem. Chlotharius Masolaco uilla cum procerebus (f. 144.) resedens Aletheum ad se uenire precepit; huius consilium iniquissimum conpertum est, gladium trucidare iussit. Anno xxxiii regni Chlothariae [14] Vuarnacharium maioris domus cum uniuersis ponticibus Burgundiae seo et Burgundae faronis Bonogillo uilla ad se uenire precepit, ibique cunctis illorum iustis peticionibus annuens preceptionebus roborauit.

XLV. Langobardorum gens quemadmodum tributa duodece milia soledorum dicione Francorum annis singulis dissoluebant referam, uel quo ordine duas ciuitates Agusta et Siusio cum territuriis ad parte [15] Francorum cassauerant non abscondam. Defuncto Clep eosum [16] principe duodecim ducis Langobardorum xii annis sine regibus transegerunt [17]; ipsoque tempore sicut superscriptum legitur per loca in regno Francorum proruperunt, ea presumptione in conposicione Agusta et Siusio ciuitates cum integro illorum territurio et populo partibus Gunthramni tradiderunt. Post haec legationem ad Mauricio [18] imperatore [19] dirigunt; hii duodice [20] ducis [21] singulis legatariis destinant pacem et patriocinium imperiae [22] petentes, itemque et alius [23] legatarius [24] duodicem [25] ad Gunthramnum et Childebertum destinant,

[1] cuinoment [2] multos [3] inique [4] trucidauit [5] transferret [6] locus [7] tutissimus [8] subsisteret [9] noctem [10] latenter [11] Lussouium [12] dominum [13] Austasium [14] Chlothariai [15] partem [16] eorum [17] transigerunt [18] Mauricium [19] imperatorem [20] duodicem [21] duces [22] imperiai [23] alios [24] legatarios [25] duodecim.

ut patrocinium Francorum et defensionem (f. 144, v°.) habentes duodece milia [1] soledus annis singulis his duobus regibus in tributa implerint, uallem cuinomento Amettegis partebus idemque Gunthramni cassantis his legatis ubi plus congruebat patrocinium sibi firmarint [2]. Post haec integra deuocione patrocinium elegunt Francorum. Nec mora, post permissum Gunthramni et Childeberti Autharium ducem super se Langobardi sublimant in regnum. Alius Autharius idemque dux cum integro suo docato se dicione imperiae [3] tradedit, ibique permansit, et Autharius rex tributa, quod Langobardi ad parte Francorum spondederant, annis singulis reddedit. Post eius discessum, filius eius Ago in regno [4] sublimatur, similiter implisse denuscetur. Anno xxxiiii regni Chlothariae [5] legatus [6] tres nobilis ex gente Langobardorum Aghyulfus, Pompegius et Gauto ab Agone regi [7] ad Clothario [8] destinantur petentes ut illa duocede milia [9] soledorum quas annis singulis Francorum aerariis dissoluebant debuissent cassare, exhibentes ingeniose secrecius trea milia soledos, quos Vuarnacharius millae, Gundelandus millae et Chucus millae acciperunt; Chlothario uero xxxvi milia soledorum insemul (f. 145) exhibebant. Quod consilio suprascriptis qui occulti exseniati fuerant Chlotharius ipsa tributa ad parte Langobardorum cassauit, et amiciciam perpetuam cum Langobardis sacramentis et pactis firmauit.

XLVI. Anno xxxv regni Chlothariae Bertetrudis regina moritur quam unico amore Chlotharius direxerat [10] et omnes leudis bonitate eius cernentes uehementer amauerant.

XLVII. Anno xxxviiii regni Chlothariae [11] Dagobertum filium suum consortem regni facit eumque super Austrasius regem instituit, retinens sibi quod Ardinna et Vosacos uersus Neuster et Burgundia excludebant.

XLVIII. Anno xl regni Chlothariae [12] homo nomen [13] Samo, natione Francos [14] de pago Senonago, plures secum negutiantes adciuit [15], exercendum negucium in Sclauos coinomento [16] Vuinedos perrexit. Sclauiiam contra Auaris coinomento [16] Chunis [17] et regem eorum Gagano ceperant reuellare. Vuinidi Befulci Chunis [18] fuerant iam ab antiquito ut cum Chuni [19] in exercitum contra gentem qualibet adgrediebant, Chuni [19] pro castra adunatum illorum stabant exercitum,

[1] duodecem milia [2] firmarent [3] imperiai [4] regnum [5] Chlothariai [6] legatos [7] rege [8] Clotharium [9] duodecem milia [10] dilexerat [11] Chlothariai [12] Chlothariai [13] nomene [14] Francus [15] adisciuit [16] cognomento [17] Huni [18] Hunis [19] Huni, *etc.*

Vuinidi uero pugnabant. Si ad uincendum preualebant, tunc Chuni predas capiendum adgrediebant; sin autem Vuinidi superabantur (f. 145, v°.) Chunorum auxilio fulti uirebus resumebant; ideo Befulci uocabantur a Chunis eo quod dublicem in congressione certamine uestila [1] priliae facientes ante Chunis [2] precederint. Chuni aemandum[3] annis singulis in Esclauos ueniebant, uxores Sclauorum et filias eorum strato sumebant, tributa super alias oppressiones Sclaui Chunis[4] soluebant. Filii Chunorum quos in uxores Vuinodorum et filias generauerunt [5] tandem non subferentes maliciam ferre et oppressione [6] Chunorum dominacione [7] negantes ut supra memine [8] ceperant reuellare. Cum in exercito Vuinidi contra Chunus [9] fuissent adgressi Samo negucians quo[10] memoraui superius cum ipsos in exercito perrexit, ibique tanta ei fuit utiletas de Chunis facta u [11] mirum fuisset et nimia multitudo ex eis gladio Vuinidorum trucidata fuisset. Vuinidi cernentes utilitatem Samones eum super se eligunt regem, ubi xxx et v annos regnauit feciliter. Plures prelia contra Chunis [12] suo regimini [13] Vuinidi iniaerunt suo consilio et utilitate Vuinidi semper Chunus superant. Samo xii uxores ex genere Vuinidorum habebat de quibus xxii filius [14] et quindecem filias habuit.

XLVIIII. Ipsoque anno xl Chlothariae [15] Adloaldus rex Langobardorum, (f. 146.) filius Agone regi, cum patri suo [16] successisset in regno [17], legato [18] Mauricio imperatoris [19] nomen Eusebio [20] ingeniose ad se uenientem benigne suscepit. Inunctus in balneo nescio quibus ungentes ab ipsi Eusebio persuadetur, et post inuncionem, necquicquam aliud nisi quod ab Eusebio hortabatur facere non potebat. Persuasos ab ipso primatis [21] et nobiliores [22] cunctis in regno Langobardorum interficere ordinarit, eiusdem estinctis se cum omni gente Langobardorum, imperio traderit [23].

L. Quod cum iam uel duodecem ex eis, nullis culpis extantibus, gladio trucedasset, reliqui cernentes eorum esse uitae periculum Charoaldum, ducem Taurinensem qui germanam Adloaldo regi habebat uxorem, nomen [24] Gundebergam, omnes seniores et nobilissimi Langobardorum gentes uno conspirante consilio, in regnum elegunt sublimandum. Adloaldus rex uenino auctus interiit. Charoaldus statim regnum adripuit. Taro unus ex ducebus Langobardo-

[1] uestita [2] Hunos [3] ad himandum [4] Hunis [5] generauerant [6] oppressionem [7] dominacionem [8] memini [9] Hunos [10] quem [11] ut [12] Hunos [13] reginine [14] filios [15] Chlotharii [16] regis,cum patris sui [17] regnum [18] legatum [19] imperatori [20] nomene Eusebium [21] ipsis primatibus [22] nobilioribus [23] traderet [24] nomene.

rum cum agerit Tuscana prouincia, superbia elatus, aduersus Charoaldo regi [1] coeperat rebellare.

LI. Gundeberga regina, cum esset pulchra aspecto [2], benigna in cunctis et piaetate plenissema, christiana aelimosinis (f. 146, v°.) larga, praecellenti bonitatem [3] eius diligebatur a cunctis. Homo quidam nomen [4] Adalulfus, ex genere Langobardorum, cum in aula palatiae [5] adsiduae obsequium regis conuersaretur, quadam uicae ad reginam ueniens cum in eius staret conspectum, Gundeberga regina, eum sicut et ceteris diligens dixit, honeste staturae Adalulfo fuisse formatum. Ille haec audiens ad Gundebergam secrecius ait dicens : « Formam stratus meae laudare dignasti, stratus tui iobe [6] subiungere. » Illa fortiter denegans, eumque dispiciens in faciem expuit. Adalulfus cernens se uitae periculum habere ad Charoaldo regem protinus cocurrit, petens ut sigrecius [7] quod ad suggerendum habebat exponeret. Locum acceptum dixit ad regem : « Domina mea regina tua Gundebarga apud Asonem ducem secrecius tribus diebus locuta est, ut te uenino interficerit, ipsum coniugatum sublimarit in regnum. » Charoaldus rex, his mendatiis auditis credens, Gundobergam in Caumello castro in unam turrem exilio trudit. Chlotharius legatus diriens ad Charoaldum regem, inquirens qua de re Gundebergam reginam parentem Francorum humiliassett [8] ut exilio retrudisset, Charoaldus his uerbis mendaciis (f. 147.) quasi uiretatem [9] subsisterint respondebat. Tunc unus ex legataries nomen [10] Ansoaldus non quasi inunctum habuisset, sed ex se ad Charoaldo dixit : « Liberare potebas de blasphemeo causam hanc. Iube illum hominem, qui huiuscemodi uerba tibi nuntiauit, armare et procedat alius, alius de parte reginae Gundebergae, quique armatus ad singulare certamine [11] iudicium Dei his duobus confligentibus cognuscatur, utrum huius culpae repotationes Gundeberga sit innoxia, an fortasse culpabelis. » Cumque haec Charoaldo regi, et omnibus primatis palatiae suae placuisset, iobet [12] Adalulfum armatum conflictum adire certamine, ut de partae Gundebergae procurrentibus consubrinis Gundebergam et Aripertum homo nomen Pitto contra Adalulfum armatus adgreditur, cumque confligissent certamine, Adalulfus a Pittone interficetur. Gundeberga statim de exilio post anno tercio regressa sublimatur in regno.

[1] regem [2] aspectu [3] bonitate [4] nomene [5] palatiai [6] iube [7] segrecius [8] humiliasset [9] ueretatem [10] nomene [11] certamin [12] iubet.

LII. Anno XLI Chlothariae [1] regis cum Dagobertus iam utiliter regnarit [2] in Auster, quidam ex procerebus de gente nobile, Ayglofingam [3] nomen, [4] Chrodoaldus in offensam Dagoberti cadens, instigantibus beatissimo uero [5] Arnulfo pontifice (f. 147, v°.) et Pippino maiores domus, seu [6] et ceteris prioribus sublimatis, in Auster eo quod esset ipse Chrodoaldus rebus pluremis ditatos [7] ceterorum facultatibus cupiditatis peruasor, superbiae deditus, elatione plenus, nec quicquam boni in ipso repperiebatur. Cumque Dagobertus ipsum iam uellet pro suis facinoribus interficere, Chrodoaldus ad Chlotharium terga uertit, ut suam cum filio uitam obtenere dignarit. Chlotharius cum Dagobertum uidisset, inter ceteris conlocutionibus Chrodoaldi uitam praecatur. Dagobertus promittens, si id quod male gesserat emendabat, Chrodoaldus uitae periculum non haberet, sed nulla extante mora, cum Chrodoaldus cum Dagoberto Treuerus accessisset, iusso Dagoberti interfectus est, quem Bertharius homo Scarponinsis euaginato gladio ad ostium cubiculi capo truncauit.

LIII. Anno XLII regni Chlothariae [8], Dagobertus cultu regio, et iusso patris honeste cum leudibus, nec Clippiaco procul Parisius uenit, ibique germanam Sichieldae regina,nomene Gomatrudae, in coniugium accepit. Transactis nupciis, diae tercio inter Chlotharium et filium suum Dagobertum grauis horta fuit intencio, petensquae (f. 148.) Dagobertus cuncta que ad regnum Austrasiorum pertinebant suae dicione uelle recipere, quod Chlotharius uehementer denegabat eidem ex hoc nihil uelle concedere Elictis ab his duobus regibus duodicem Francis ut. Eorum disceptatione haec finirit [9] intentio, inter quos et domnus Arnulfus pontifex Mettensis cum reliquis episcopis elegitur, et benignissime, ut sua erat sanctitas, inter patrem et filium pro pacis loquebatur concordia. Tandem a ponteficebus [10] uel sapientissimis uiris procerebus pater paceficatur cum filio, reddensque ei soledatum quod aspexerat ad regnum Austrasiorum, hoc tantum exinde, quod citra [11] Ligerem uel Prouinciae partibus situm erat, suae dicione retenuit.

LIIII. Anno XLIII regni Chlothariae [12] Vuarnacharius maior domi moritur. Filius eius Godinus animum leuetates inbutus nouercam suam Bertane eo anno accepit uxorem, unde Chlotharius rex aduersus eum nimia furore permutus [13], iobet [14] Arneberto duci qui Godini

[1] Chlothariai [2] regnaret [3] Ayglolfingam [4] nomene [5] uiro [6] siu [7] ditatus [8] Chlothariai [9] fineretur [10] ponteficibus [11] circa [12] Chlothariai [13] permotus [14] iubet.

germanam uxorem habebat eum cum exercito [1] interficeret. Godinus cernens suae uitae periculum habere terga uertens cum uxore ad Dagoberto [2] regi [3] perrexit in Auster, et in ecclesia sancti Apri regio timore perterritus fecit coniugium. Dagobertus per legatus (f. 148, v°.) pro eius uita saepius Chlothario regi depraecabat; tandem a Chlothario promittitur Godoni [4] uita concessa, tamen ut Bertanem, quam contra canonum instituta uxorem acciperat, relinqueret. Quod cum ipsa reliquisset, et reuersus est in regnum Burgundiae, Berta continuo ad Chlotharium perrexit dicens: «Si Godinus conspecto Chlothariae [5] presentatur ipsum regem uellet interficere.» Godinus iussu Chlothariae [6] per precipua loca sanctorum domni Medardi Soissionas [7] et domni Dionisis [8] Parisius ea preuentione sacramenta daturus adducitur, ut semper Chlothariae [9] deberit [10] esse fidelis, ut congruae locus esset repertus quo pacto separatus a suis interficeretur. Chramnulfus, unus ex procerebus, et Valdebertus domesticus dicentes ad Godino [11], ut Aurilianis in ecclesia sancti Aniani, et Thoronos ad limina sancti Martini ipsoque sacramento adhuc impleturus adiret. Quod cum in suburbano Carnotis Chramnulfo indecante et transmittente ora prandiae [12] in quedam uillola uenisset, ibique Ramnulfus et Vualdebertus super ipsum cum exercito inruunt, eumque interficiunt, et eos qui cum ipso adhunc resteterant, quosdam inter (f. 149.) ficiunt aliusque expoliatus in fugam uertentes relinquunt. Eo anno Palladius eiusque filius Sidocus, episcopi Aelosanii [13], incusante Aighynane duci, quod rebellione Vuasconorum fuissent consciae [14], exilio retruduntur. Boso filius Audoleno [15] de pago Stampinse, iusso [16] Chlothario [17] ab Arneberto duci [18] interficetur, repotans [19] ei estobrum [20] cum regina Sighilde. Eo anno Chlotharius cum procerebus et leudibus Burgundiae Trecassis coniungitur, cum eorum esset sollicitus si uellint, decesso iam Vuarnachario, alium eius honores gradum sublimare, sed omnes unianimiter degantes [21] nequicquam [22] si uelle maiorem domus elegere, regis graciam obnixe [23] petentes cum rege transagere.

LV. Anno XLIIII regni Chlothariae [24] cum pontificis [25] et uniuersi [26] proceres [27] regni sui tam de Neuster quam de Burgundia Clippiaco ad Clotharium pro utilitate regia et salute patriae coniuncxissent, ibi-

[1] exercitu [2] Dagobertum [3] regem [4] Godini [5] Chlothariai [6] Chlothariai [7] Suassiones [8] Dionisi [9] Chlothariai [10] deberet [11] Godinum [12] prandiai [13] Oblosanii [14] consciai [15] Audoleni [16] iussu [17] Chlotharii [18] duce [19] reputans [20] estubrum [21] denegantes [22] nequiquam [23] obnoxie [24] Chlothariai [25] pontificibus [26] uniuersis [27] procerebus.

que homo, nomen [1] Ermarius, qui gubernatur palatiae [2], Gairiberto filio Chlothario erat a pueris Aeghynanae genere Saxonorum optimate interficetur [3]. Paene fuerat exinde nimia multorum estragiis [4], nisi pacientia Chlothariae [5] interueniente semul [6] et haec currente (f. 149, v°.) fuisset repraesum. Aeghyna iobente [7] Chlothario in monte Mercore resedit, pluram [8] secum habens multitudinem pugnatorum; Produlfus auunculus Airiberti exercitum undique colliens super ipsum cum Chairiberto uolebat inruere. Chlotharius ad Burgunde faronis specialius iobet [9], ut cuius pars suum uolebat deuerte iudicium eorum instantia et utilitate oppremiretur, ea pauore uterque iussione regio pacantur.

LVI. Anno XLVI regni sui Chlotharius moritur, et suburbano Parisius in ecclesia sancti Vincenti sepellitur. Dagobertus cernens genitorem suum fuisse defunctum, uniuersis leudibus quos regebat in Auster iobet [10] in [11] exercito [12] promouere, missos in Burgundia et Euster direxit, ut suum deberint [13] regimen eligere [14]. Cumque Remus uenisset, Soissionas [15] peraccedens omnes pontefecis et leudis de regnum Burgundiae inibi se tradedisse [16] nuscuntur, sed et Neustrasiae pontefecis et proceres plurima pars regnum Dagoberti uisi sunt expetisse. Airibertus frater suos [17] nitibatur si potuisset regnum adsumeret, sed eius uoluntas pro simplicitate parum sortitur effectum. Brodulfus uellens nepotem estabilire [18] in regnum aduersus Dagoberto muscipulare coeperat (f. 150.) sed huius rei uicissitudinem probauit aeuentus.

LVII. Cumque regnum Chlothariae [19] tam Neptreco quam Burgundias ad Dagobertum fuisset preoccupatum, captis thinsauris et suae dicione [20] redactis, tandem miserecordia mutus [21], consilio sapientibus usus, citra Legere [22] et limitem Spaniae quod ponitur partibus Vuasconiae seu et [23] montis Parenei pagus [24] et ciuitates quod fratri suo Gairiberto [25] ad transagendum, ad instar priuato habeto, cum uiuendum potuisset sufficere nuscetur concessisse pagum Tholosanum, Cathorcinum, Agenninsem, Petrocorecum [26] et Santonecum, uel quod ab his uersos [27] montis Pereneos excludetur, hoc tantum Chairiberto regendum concessit, quod et perpectiones uinculum estrinxit ut amplius Airibertus nullo tempore aduersus Dagobertum de regno patris re-

[1] nomene [2] palatiai [3] interficitur [4] estragis [5] Chlotharii [6] simul [7] iubente [8] plurimam [9] iubet [10] iubet [11] cum [12] exercitu [13] deberent [14] elegere [15] Soasionis [16] tradidisse [17] suus [18] stabilire [19] Chlothariai [20] dicioni [21] motus [22] Ligerem [23] siue [24] pagos [25] Chairiberto [26] Petrocoreum [27] aduersos.

petire presumerit. Airibertus, sedem Tholosa aeliens, regnat in partem [1] prouinciae Aquetaniae. Post anno tercio [2] quod regnare coepisset tota Vuasconia cum exercito superans suae dicione redegit, alequantulum largiorem fecit regni sui spatium.

LVIII. Dagobertus cum iam anno septimo regnans maxemam partem patris regnum, ut super memini, adsumpsit (f. 150, v°.) Burgundias ingreditur. Tanta timore [3] ponteficibus et procerebus in regnum Burgundiae consistentibus seo et citeris leudibus aduentus Dagoberti concusserat, ut a cunctis esset mirandum pauperibus iustitiam habentibus gaudium uehementer inrogauerat. Cumque Lingonas ciuitatem uenisset tanta inter uniuersis leudibus suis tam sublimis quam pauperibus indecabat iusticiam, ut creditur omnino fuisset Deo placebile [4] ubi nullus intercedebat premius, nec personarum accepcio nisi sola dominabatur iusticia, quem diligebat altissimus. Deinde adgressus Diuione, immoque Latona resedens aliquantis diebus, tanta intentionem [5] ad [6] uniuersi [7] regni sui populo iusticia iudicandi posuerat huius benignitatis desiderio plenus, nec somnum capiebat oculis, nec cibum [8] saciabatur, intentissime cogitans ut omnes cum iustitia recepta de conspectu suo remearint [9]. Eodem die quo de Latona ad Cabillonno [10] deliberare properabat, priusquam lucisceret balneo ingrediens, Brodulfo auunculo fratris Chairiberto interficere iussit; qui ab Amalgario et Arneberto ducibus, et Vuillibado patricio interfectus est. Cumque Cabillonno ubi iusticiae amorem qua coepe-(f. 150 *bis*.)rat perficienda Dagobertus intentionem dirigit. Post per Agustedunum Auteciodero pergens, per ciuitatem Senonas Parisius uenit; ibique Gomatrudem reginam Romiliaco uilla, ubi ipsa [11] matrimonium [12] acceperat, relinquens Nantechildem unam ex puellis de menisterio matrimonium accipiens reginam sublimauit. Vsque eodem tempore ab inicio quo regnare ciperat, consilio primetus beatissime [13] Arnulfi Mettensis urbis pontefice, et Pippino maiorem domus usus tante prosperetatis regale regimen in Auster regebat ut a cunctis gentibus inmenso ordine laudem haberit [14]. Timorem uero sic forte sua concusserat utelitas ut iam deuotione ad reperint [15] suae se tradere dicionem [16], ut etiam gente que [17] circa limitem Auarorum et Sclauorum consistent ei prumptae expetirint, ut ille post tergum eorum

[1] parte [2] annum tercium [3] tantum timorem [4] placabile [5] intentione [6] ab [7] uniuerso [8] cibo [9] remearent [10] Cabilonno [11] ipsam [12] matrimonio [13] beatussimi [14] haberet [15] adreperent [16] dicioni [17] gentesque.

iret feliciter, et Auaros, et Sclauos citerasque [1] gentium nationes usque manum publicam suae dicione subiciendum fiducialiter spondebant. Post discessum beati Arnulfi, adhuc consilius [2] Peppino [3] maiorem domus et Chunibertum ponteficem urbis Coloniae utens et ab ipsis fortiter admonetus [4], tantae prosperitatis (f. 150 *bis*, v°.) et iustitiae amore conplexus uniuersas sibi subditas gentes, usque dum ad Parisius ut supra memini peruenit, regebatur, ut nullus de Francorum regibus precedentibus suae laudis fuisset precellentior.

LVIIII. Anno VIII regni sui cum Auster regio cultu circuerit, quadam puella nomen [5] Ragnetrudae aestrati suae [6] adsciuit, de qua eo anno habuit filium nomen Sigybertum.

LX. Reuertens in Neptreco sedem patris suae Chlothariae [7] diligens adsiduae resedire disponens cum omnem iustitiam quem prius dilixerat fuisset oblitus, cupiditates instincto [8] super rebus ecclesiarum et leudibus sagace [9] desiderio uellit omnibus undique expoliis nouos implere thinsauros, luxoriam [10] super modum deditus, tres habebat maxime ad instar reginas et pluremas concupinas. Reginae uero haec fuerunt : Nantechildis, Vulfegundis et Berchildis ; nomina concubinarum eo quod plures fuissent increuit huius [11] chronice inseri. Quod cum uersum fuisset cor eius, sicut super meminemus [12], et ad Deum [13] eius cogitatio recessisset tamen postea, atque utinam illi ae [14] mercedem ueram lucre fuisset, nam aelymosinam pauperibus super modum largitur [15] (f. 151.) aerogabat ; si huius rei sagacitas cupiditates instincto [16] non prepedisset, regnum creditur meruisset [17] aeternum.

LXI. Cum leudes suae [18] eiusque nequiciae gemerint, haec cernens Peppinus cum esset cautior cunctis et conciliosus ualde plenissemus fide, ab omnibus delictus [19] pro iustitiae amorem quam Dagoberti consiliose instruxerat, dum suo huius fuerat consilio sibi tamen nec quicquam oblitus iustitiam, neque recedens a uiam [20] bonitates [21]. Cum ad Dagoberto [22] accederit [23] prudenter agebat in cunctis et cautum se in omnibus ostendebat, zelus Austrasiorum aduersus eodem [24] uehementer surgebat, ut etiam ipsum conarent cum Dagobertum [25] facere odiosum ut pocius interficeretur, sed iustitiae amor et Dei timor, quam diligenter amplexerat, ipsum liberauit a malis. Ipse

[1] ceterasque [2] consilio [3] Peppini [4] admonitus [5] nomene [6] aestratu suo [7] Chlotharii [8] instinctu [9] sagaci [10] luxoria [11] huic [12] meminimus [13] a Deo [14] ad [15] largiter [16] instinctu [17] meruisse [18] sui [19] delectus [20] uia [21] bonitatis [22] Dagobertum [23] accideret [24] eundem [25] Dagoberto.

uero eo anno cum Sigyberto [1] filium Dagoberti ad Chairibertum regem accessit.

LXII. Chairibertus, Aurilianis ueniens, Sigybertum de sancto lauacro excipit [2]; AEga uero a citeris [3] Neptrasiis consilio Dagoberti erat adsiduos [4]. Eo anno legati Dagoberti quos ad AEraclio [5] imperatore [6] direxerat, nomenibus Seruatus et Paternus, ad eudem reuertuntur nunciantes pacem perpetuam cum AEraclio firmasse. Acta uero (f. 151, v°.) miraculi quae ab AEraclio factae sunt non praetermittam.

LXIII. AEraclius cum esset patricius uniuersas Africae prouincias, et Fogas, qui tiranneco ordine Mauricio imperatore interficerat imperium adreptus nequissime regerit [7], et modum amentiae thinsauros in mare proiecerit [8], dicens que Neptuno munera daret, senatores cernentes quod uellet imperium per stulticiam destruere, factionem [9] AEracliae [10] Fogatim adprehensum senatus manibus et pedibus truncatis lapidem ad collum legatum in mare proiciunt. AEraclius consensu senatu [11] imperio sublimatur cum infestatione Persarum imperium temporebus Maurici et Fogatis imperatorum multae prouinciae fuissent uastate.

LXIV. More solito dinuo contra AEraclio [12] imperator Persarum cum exercitum [13] surgens Calcedona ciuitate nec procul a Constantinopoli Persi uastantes prouinciae reipublicae peruenissent eumque rumpentes incendio concremauerunt. Post haec Constantinopole [14] sedem imperiae [15] propinquantis [16] destruere conabantur. Egrediens cum exercito [17] AEraclius obuiam legatis discurrentibus AEraclius imperatorem Persarum nomine Cosdroe petit ut hii duo imperatores singulare (f. 152.) certamine coniungerent, suspensa procul uterque [18] exercitus multitudinem [19], et cuius uictoria prestabatur ab altissimo imperium huius qui uincebatur et populum inlesum receperit [20]. Emperatur Persarum huius conuenentiae se egressurum ad prilio [21] singulare certamen spondedit. AEraclius imperatur arma sumens telam priliae [22] et falange a suis pos tergum preparatam relinquens singolare certamen, ut nouos Dauit procedit ad bellum. Emperator Persarum Cosdroes patricium quidam ex suis, quem fortissemum in prelio cernere potuerat, huius conuenenciae ad instar pro se contra

[1] Sigybertum [2] excepit [3] ceteris [4] adsiduus [5] Aeraclium [6] imperatorem [7] regeret [8] proieceret [9] factione [10] Aeraglii [11] senatus [12] Aeraclium [13] exercitu [14] Constantinopolis [15] imperii [16] propinquantes [17] exercitu [18] utriusque [19] multitudine [20] receperet [21] prelium [22] prelii.

AEraglio [1] priliandum [2] direxit.Cumque uterque cum aequetis hy duo congressione[3] priliae[4] in inuicem propinquarint [5] AEraglius ait ad patricium quem emperatore Persarum Cosdroae stemabat [6], dixit: « Sic conuenerat ut singulare certamen priliandum [7] debuissimus conflige [8] quare pos tergum tuom [9] alii secuntur. » Patricius ille giraus capud conspecere [10] qui pos tergum eius uenerit AEraglius aecum calcaneum uehementer urguens extrahens uxum capud patriciae [11] Persarum truncauit. Cosdroes [12] emperatur [13] cum Persis (f. 152, v°.) deuictus et confusus terga uertens, a suis propries [14] tiranneco ordene Cosdroes interfecetur[15]; Persi terga uertentes ad sedebus remeant propries. AEraglius aeuecto [16] nauale [17] cum exercito Persas ingredetur, totamque Persedam suae dicione [18] redigit, captis exinde multis thinsauris, et septem AEltiarntis [19]; tribus annis cerceter [20] Perseda uastata eius dicione [21] subgicetur [22]. Post haec dinuo Persaes emperatorem [23] super se creant.

LXV. AEraglius emperator [24] erat speciosus conspecto, pulcra faciae, status formam [25] digne minsure [26], fortissemus [27] citiris, pugnatur aegregius, nam et sepe leones in arenas et in aerimis plures singulos [28] interfecit. Cum esset litteris nimius aeruditus, astralogus effecetur [29] per quod cernens a circumcisis gentibus diuino noto [30] emperium [31] esse uastandus, legationem ad Dagobertum regem Francorum dirigens, petens ut omnes Iudeos regni sui ad fedem catolegam [32] baptizandum [33] preciperit, quod protenus Dagobertus empleuit. AEraglius per omnes prouincias emperiae talem idemque facere decreuit, ignorabat unde haec calametas contra emperium [34] surgerit.

LXVI. Agarrini [35], qui et Saracini, sicut (f. 153.) Orosiae [36] liber testatur, gens circumcisa ad latere [37] montes Caucasi super mare Cypium, terram Ercoliae coinomento, [38] iam olem [39] consedentes in nimia multetudine creuissent, tandem arma sumentis prouincias AEragliae emperatores [40] uastandum [41] inruunt, contra quos AEraglius milites ad resistendum direxit. Cumque priliare cepissint [42], Saracini milites superant eosque gladio graueter trucedant. Fertur in eo prilio [43] cento [44] quinquagenta milia militum a Saracinis fuisse interfecta;

[1] Aeraglium [2] preliandum [3] congressionem [4] prelii [5] propinquarent [6] estemabat [7] preliandum [8] confligi [9] tuum [10] conspicere [11] ensem c. patricii [12] Cosdroe [13] emperator [14] propriis [15] interficitur [16] aeuectus [17] nauali [18] dicioni [19] Aeltiarnitis [20] circiter [21] dicioni [22] subgecitur [23] imperatorem [24] imperator [25] forma [26] mensure [27] fortissimus [28] singulus [29] efficetur [30] diuino nutu [31] imperium [32] catolecam [33] baptizandos [34] emperii [35] Agaroni [36] Orosii [37] a latere [38] cognomento [39] olim [40] Aeraglii imperatoris [41] uastantes [42] cepissent [43] prelio [44] centum.

espolia [1] eorum Saracini per legatus AEraglio recepiendum [2] offerunt. AEraglius cupiens super Saracinus uindictam, nihil ab his spolies recepere uoluit. Congregatis undique de uniuersas prouincias [3] emperiae [4] nimia multetudinem militum, transmittens AEraglius legationem ad Portas Cypias quas Alexander Magnos Macedus [5] super mare Cespium aereas fiere [6] et serrare iusserat propter inundacione gentium seuissemorum, que ultra montem Caucasi culmenis habetabant, easdem portas AEraglius aperire precipit [7], indique cento [8] quinquagenta milia pugnatorum auroque locatus [9] auxiliae suae [10] contra Saracinos priliandum demittetur. Saracini duos habentes princepis (f. 153, v°.) ducenta fer [11] milia erant, cumque castra nec procul inter se exercitus uterque posuissit ita ut in crastena bellum inirent confligentes, eadem nocte gladio Dei AEragliae [12] exercitus percotitur in castris; quinquaginta et duo milia ex militibus AEragliae [12] in stratum mortui sunt, cumque in crasteno ad prilium [13] debebant adgredere [14], cernentes eorum exercitum milites partem maxema deuino iudicio interfectam aduersus Saracinus nec ausi sunt inire prilium [15]. Regressus omnes exercitus AEragliae [16] ad propries sedebus [17], Saracini more quo ceperant prouincias AEragliae [16] emperatores adsiduae uastandum pergebant; cum iam Hierusolemam propinquassint, Eraglius uedens [18] quod eorum uiolenciae non potuissit resistere, nimia amaretudines [19] merorem [20] adreptus infelex [21] Euticianam aerese [22] iam sectans Christi cultum relinquens, habens uxorem filiam sorores [23] suae a febre uexatus crudeleter uitam finiuit. Cui sucessit emperiae [24] gradum Constantinus filius eius cuius, tempore pars publeca a Saracines [25] nimium uastatur.

LXVII. Anno nono regni Dagoberti Charibertus rex moretur [26], relinquens (f. 154.) filium paruolum nomini [27] Chilpericum qui nec post moram defunctus est, fertur faccione Dagoberti fuisset [28] interfectus. Omnem regnum Chariberti unam [29] cum Vuasconiam [30] Dagobertus protenus suae dicione [31] redigit tinsaurus [32] quoque Chariberti Baronto duci adducendum et sibi presentandom [33] direxit. Vnde Barontus graue dispendio fecisse dinuscetur [34], una cum tinsauraries [35] faciens nimium exinde fraudolenter [36] subtracsit.

[1] et spolia [2] recipienda [3] uniuersis prouinciis [4] emperii [5] Macedo [6] Caspium aereas portas fieri [7] precepit [8] centum [9] locatos [10] auxilii sui [11] fere [12] Aeraglii [13] prelium [14] adgredere [15] prelium [16] Aeraglii [17] a propriis sedibus [18] uidens [19] amaritudine [20] merore [21] infelix [22] aeresim [23] sororis [24] imperii [25] Saracinis [26] moritur [27] nomine [28] fuisse [29] una [30] Vuasconia [31] dicioni [32] tensauros [33] presentandum [34] dinoscitur [35] tensauriis [36] fraudulenter.

LXVIII. Eo anno Sclaui, coinomento [1] Vuinidi, in regno Samone neguciantes [2], Francorum cum plure multetudine [3] interfecissent et rebus exspoliassint, haec fuit inicium scandali inter Dagobertum et Samonem regem Sclauinorum. Dirigensque Dagobertus Sycharium legatarium ad Samonem, paetens ut neguciantes quos sui interfecerant aut res inlecete usospauerant [4] cum iusticia faceret emendare. Samo nolens Sicharium uedere nec ad se eum uenire permitteret, Sicharius uestem indutus ad instar Sclauinorum cum suis ad conspectum peruenit, Samonem uniuersa quod iniunctum habuerat eidem nunciauit. Sed ut habit gentiletas et superbia prauorum nihil a Samone (f. 154, v°.) que sui admiserant est emendatum, nisi tantum placeta uellens instetuere ut de hys et alies intencionibus que inter partes orte fuerant iustitia redderetur in inuicem. Sicharius sicut stultus legatus uerba inproperiae [5] quas iniunctas non habuerat et menas [6] aduersus Samonem loquetur, eo quod Samo et populus regni sui Dagobertum diberint [7] seruicium. Samo respondens iam caucius dixit: «Et terra quam habemus Dagoberto est, et nos sui sumus, si tamen nobiscum disposuaerit amicicias conseruare.» Sicharius dicens: «Non est possebelem [8] ut Christiani et Dei serui cum canebus [9] amicicias conlocare possint,» Samo ae contrario dixit: «Si uos estis Dei serui et nos Dei canes dum uos adsiduae contra ipsum agetis nos permissum accepimus uos morsebus [10] laterare.» Aegectus [11] est Sicharius de conspectum Samones: cum haec Dagoberto nunciassit Dagobertus superueter iubet de uniuersum regnum [12] Austrasiorum contra Samonem et Vuinidis mouere exercitum; ubi trebus [13] turmis falange super Vuenedus [14] exercitus ingreditur, etiam et Langobardi solucione Dagoberti idemque (f. 155.) osteleter [15] in Sclauos perrixerunt. Sclaui his et alies locis et [16] contrario preparantes Alamannorum exercitus cum Crodoberto duci [17] in parte qua ingressus est uicturiam optenuit. Langobardi idemque uicturiam optenuerunt et pluremum nummerum captiuorum de Sclauos [18] Alamanni et Langobardi secum duxerunt. Aostrasiae [19] uero cum ad castro [20] Vuogastisburc ubi plurima manus forcium Venedorum [21] inmurauerant circumdantes triduo priliantes [22], pluris [23] ibidem de exercito [24] Dagoberti gladio trucidantur et exinde fogaceter [25] omnes tinturios et res quas habuerunt re-

[1] cognomento [2] negociantes [3] plurima multitudine [4] usorpauerant [5] inproperii [6] minas [7] deberint [8] possibile [9] canibus [10] morsibus [11] aeiectus [12] de uniuerso regno [13] tribus [14] Vuenedos [15] ostiliter [16] e [17] duce [18] Sclauis [19] Austrasii [20] castrum [21] Vuinedorum [22] preliantes [23] plures [24] exercitu [25] fogaciter.

linquentes ad [1] propries sedebus [2] reuertuntur. Multis post haec uecebus Vuinidi in Toringia et relequos uastandum [3] pagos in Francorum regnum inruunt.Etiam et Deruanus dux gentes Vrbiorum, que ex genere Sclauinorum erant, et ad regnum Francorum iam olem [4] aspecserant se ad regnum Samonem [5] cum suis tradedit, estaque [6] uicturia qua [7] Vuinidi contra Francos meruerunt non tantum Sclauinorum fortitudo optenuit quantum dementacio Austrasiorum, dum se cernebant cum Dagoberto odium (f. 155,v°.) incurrisse, et adsiduae expoliarintur.

LXVIIII. Eo anno Charoaldus rex Langobardorum legatus [8] ad Isacium patricium sigricius [9] mittens, rogans ut Tasonem docem prouinciae Toscane quo putebat [10] ingenio interfecerit [11]. Huius beneficiae uecessitudines [12] tributa quas Langobardi de manu publeca recibebant [13], trea centenaria auri annis singolis, unde unum centenarium auri Chroaldus rex partebus emperiae [14] de praesente cassarit [15]. Hysacius patricius haec audiens tractabat quebus [16] ingenies [17] haec potuissit [18] emplere [19], Tasonem ingeniose mandans dum in offinsa [20] Charoaldi regis erat cum ipsum amicicias oblegarit [21], ipse uero contra Charoaldo rigi [22] ei auxiliaretur. Tale [23] preuentus est fraude, Rauennam pergit.Hysacius ei obuiam mandans pre timore emperatoris [24] Tasonem cum suis infra murus Rauenne urbis armatum non audebat recipere ; cumque Taso credens armam [25] suorum foris urbem relinquens in Rauennam fuissit [26] ingressus, statem [27] que [28] fuerant preparati super Tasonem inruunt et ipsum et suos totos qui cum eo uenerant interficiunt. Charoaldus rex unum (f. 156.) centenarium auri sicut promiserat partebus Isaciae [29] et emperiae [30] cassauit. Dua tantum centenaria deinceps ad partem Langobardorum a patricio Romanorum annis singolis [31] emplentur [32]. Vnus centenarius cento [33] libras auri capit. Post haec continuo Charoaldus rex moretur.

LXX. Gundeberga regina, eo quod omnes Langobardi idem fidem cum sacramentis firmauerant, Chrothacharium quidam unum ex ducibus de terreturio Brissia ad se uenire precepit, cum conpellins [34] uxorem quam habebat relinquerit et eam [35] matremunium acciperit [36]; per ipsam omnes Langobardi eum sublimauant in regno [37], quod Chro-

[1] ad *exponctué*. [2] propriis sedibus [3] reliquos uastandos [4] olim [5] Samonis [6] istaque [7] quam [8] legatos [9] segretius [10] potebat [11] interficeret [12] uicessitudines [13] recipiebant [14] imperii [15] cassaret [16] quibus [17] ingeniis [18] potuisset [19] implere [20] offensam [21] oblegaret [22] regem [23] tali [24] imperatoris [25] arma [26] fuisset [27] statim [28] qui [29] Isacii [30] imperii [31] singulis [32] implentur [33] centum [34] compellens [35] eam in [36] acceperet [37] sublimant in regnum.

tharius lebenter [1] consenciens, sacramentis per loca sanctorum firmans ne umquam Gundeberga postponerit [2], nec de honorem [3] gradis aliquid menuaret ipsamque uneco [4] amore diligens in omnebus honorem pristarit [5] condigne, Gundoberga adtragente, omnes Langobardorum primati Crotharium sublimant in regno. Chrotharius cum regnare cepissit [6] multus [7] nubilium Langobardorum quos sibi sinserat [8] contomacis [9] interfecit. Chrotharius fortissemam disciplinam et timorem in omnem regnum Langobardorum pacem sectans fecit. Chrotharius (f. 156, v°.) oblitus sacramenta qua Gundeberge dederat eamque in unum cobicoli Ticinum in aula palaciae retrudit, eamque ad priuato habeto uiuere fecit, quinque annus sub ea retrusione tenetur. Chrotharius, per concubinas baccatur adsiduae; Gundoberga uero eo quod esset cristiana in hanc tribulationem [10] benedicebat Deum omnipotentem ieiunies [11] et oracionebus adseduae peruacabat.

LXXI. Quando Deo complacuit Aubedo legarius dirictus [12] a Chlodoueo regi [13] causam legationes usque ad Chrotharium regem Langobardorum Papia, coinomento [14] Ticino, ciuitatem AEtaliae peruenisset, cernens reginam quam sepius in legationem ueniens uiderat et ab ipsa benigne semper susceptus fuerat fuisse retrusam quasi iniunctum habens, exinde inter citera Chrothario regi sugessit, quod illam parentem Francorum quam reginam habuerat, per quem [15] etiam regnum adsumserat non dibuissit [16] umiliare, multum exinde regis Francorum et Franci essint ingrati. Quam Chrotharius de presenti reuerenciam Francorum habens iubit egredi foris [17] et post quinque circeter annis [18] per totam ciuitatem et foris Gundeberga regili [19] ordine per loca sanctorum ad oracionem adgreditur. De uillas et opebus fisci quod habuerat (f. 157.) Chrotharius ei restaurare praecipit quod usque diem obetus sui et gradum dignetatis et opes [20] plurebus ditata rigio [21] culto post feliceter tenuit. Aubedo uero a Gundeberga regina forteter muneratur. Chrotharius cum exercito Genaua maretema, Albingano Varicotti, Saona, Vbitergio et Lune ciuitates litore mares de imperio auferens uastat, rumpit, incendio concremans populum derepit, spoliat et captiuitate condemnat; murus ciuitatebus supscriptis usque ad fudamento distruens, uicus [22] has ciuitates nomenare praecepit.

[1] libenter [2] postponeret [3] honore [4] minuaret ipsamqne unico [5] prestarit [6] cepisset [7] multos [8] senserat [9] contumacis [10] tribulatione [11] ieiuniis [12] directus [13] rege [14] cognomento [15] quam [16] debuisset [17] foras [18] annos [19] regali [20] opebus [21] regio [22] uicos hoc.

LXXII. Eo anno in Abarorum cuinomento Chunorum regnum in Pannia[1] surrexit ueaemens [2] intentio, eo quod de regnum [3] certarint [4] cui deberetur ad sucedendum, unus ex Abares et alius ex Bulgaris; collicta [5] multetudinem [6] uterque in inuicem pugnarint [7]. Tandem Abaris Burgarus superant Burgari superatis noue milia uerorum[8] cum uxoris [9] et liberis de Pannonias expulsi ad Dagoberto [10] expetint [11], petentes ut eos in terra Francorum manendum [12] receperit [13]. Dagobertus iobit [14] eos iaemandum [15] Badouuarius [16] recipere dummodo pertractabat cum Francis quid exinde fierit [17]. Cumque dispersi per domus (f. 157, v°.) Baioariorum ad hyemandum fuissent consilium Francorum Dagobertus Baioariis iobet [18] ut Bulgarus illus cum uxoris [19] et liberis unuscisque [20] in domum suam una nocte Baiuariae interficerint, quod protinus a Baiouaries est impletum; nec quisquam ex illis remansit Bulgaris nisi tantum Alciocus cum septinientis uiris et uxoris [19] cum liberis qui in marca Vinedorum [21] saluatus est. Post haec Vuallucum [22] ducem Vuinedorum annis plurimis uixit cum suis.

LXXIII. Eo anno quod partebus [23] Spaniae uel eorum regibus contigerit non pretermittam. Defuncto Sisebodo rige [24] rige [25] climentissemo [26], cui Sintela ante annum circiter successerat in regnum, cum essit [27], Sintela nimium in suis inicus et cum omnibus regni suae [28] primatibus odium incurrerit, cum consilium [29] cytiris [30] Sisenandus quidam ex proceribus ad Dagobertum expetit ut ei cum exercito auxiliaretur qualiter Sintilianem [31] degradaret ad [32] regnum [33] huius beneficiae [34] repensionem missurium aureum nobelissemum ex tinsauris [35] Gothorum, quem Tursemodus rex ab Agecio patricio acceperat, Dagobertum[36] dare promisit, pensantum [37] auri (f. 158.) pondus quinnentus. Quo audito Dagobertus ut erat cupedus exercitum in ausilium [38] Sisenandi de totum regnum [39] Burgundiae bannire precepit. Cumque in Espania deuolgatum fuissit [40] exercitum Francorum ausiliandum [41] Sisenando adgredere, omnis Gotorum exercitus se dicione Sisenando subaegit. Abundancius et Venerandus cum exercito Tolosano tanto usque Cesaragustam ciuitatem cum Sisenando

[1] Pannonia [2] uehemens [3] regno [4] certarent [5] collecta [6] multitudine [7] pugnarent [8] uirorum [9] uxoribus [10] Dagobertum [11] expectunt [12] ad manendum [13] reciperet [14] iubet [15] ad hiemandum [16] ad Badbauuarius [17] fieret [18] iubet [19] uxoribus [20] unusquisque [21] Viunedorum [22] cum Vuallucum [23] in partes [24] rege [25] rege *exponctué*. [26] clementissemo [27] esset [28] suis [29] consilio [30] ceterorum [31] Sintilianum [32] de [33] regno [34] beneficii [35] tensauris [36] Dagoberto [37] pensantem [38] auxilium [39] toto regno [40] fuisset [41] auxiliandum.

accesserunt, ibique omnes Goti de regnum Spaniae Sisenandum sublimant in regnum. Abundancius et Venerandus cum exercito Tolosano munerebus onorati reuertunt ad propries [1] sedibus. Dagobertus legacionem ad Sisenando rigi [2] Amalgario [3] ducem et Venerando [4] dirigit, ut missurium illum quem promiserat eidem dirigerit [5]: cumque ad Sisenando regi [6] missurius ille legatarius [7] fuissit [8] tradetus, a Gotis per uim tolletur nec eum exinde excobere [9] permiserunt. Postea discurrentes legatus [10] ducenta milia soledus missuriae huius praecium Dagobertus a Sisenandum [11] (f. 158,v°.) accipiens ipsumque pensauit.

LXXIIII. Anno decemo regni Dagoberti cum ei nunciatum fuissit [12] exercitum Vuinitorum Toringia [13] fuisse ingressum, cum exercito [14] de regnum Austrasiorum de Mettis urbem [15] promouens, transita Ardinna, Magancia [16] cum exercito adgreditur, disponens Renum transire scaram de electis uiris fortis [17] de Neuster [18] et Burgundia cum ducebus et grafionebus secum habens, Saxones missus ad Dagobertum dirigunt, petentes ut eis tributa quas fisci dicionebus dissoluebant indulgerit [19]. Ipse uero eorum studio et utiletate Vuinidis resistendum spondent et Francorum limite de illis partebus custodire promittent. Quod Dagobertus consilio Neustrasiorum adeptus prestetit Saxones [20] qui uius peticionebus suggerendum uenerant. Sacramentis, ut eorum mus [21] erat, super arma placata pro uniuersis Saxonebus firmat, sed parum haec promissio sortitur aefectum; tamen tributo Saxones, quem reddere consuaeuerant, per preceptionem Dagoberti habent [22] indultum. Quinnentas [23] uaccas (f. 159.) inferendalis annis singolis a Chlothario seniore censiti reddebant, quod a Dagoberto cassatum est.

LXXV. Anno undecimo regni Dagoberti cum Vuinidi iusso [24] Samone [25] forteter [26] seuerint [27], et sepius transcesso eorum limite regnum Francorum uastandum Toringia [28] et relequos [29] pagus ingrederint, Dagobertus Mettis orbem [30] ueniens cum consilio ponteuecum [31] seo et procerum omnesque primatis [32] regni sui consencientebus [33] Sigybertum filium suum in Auster [34] regem sublimauit, sedemque ei Mettis ciuitatem habere permisit. Chunibertum Coloniae urbis pon-

[1] a propriis [2] Sisenandum regem [3] Amalgarium [4] Venerandum [5] diregeret [6] Sisenandum regem [7] legatariis [8] fuisset [9] excudere [10] legati [11] Sisenando [12] fuisset [13] Toringiam [14] exercitu [15] urbe [16] Magonciam [17] fortibus [18] Neustris [19] indulgeret [20] Saxonibus [21] mos [22] habuerunt [23] quinentas, id est D [24] iussu [25] Samoni [26] fortiter [27] seuirent [28] Toringiam [29] reliquos [30] urbem [31] pontificum [32] omnibusque primatibus [33] consencientibus [34] Austris.

teuecem[1] et Adalgyselum ducem palacium[2] et regnum gobernandum instetuit. Tinsaurum[3] quod suffecerit[4] filium[5] tradens, condigne ut decuit eum uius culmine sublimauit[6]; eo quodcumque eidem largitus fuerat sigillatem[7] praeceptionebus roborandum decreuit. Deinceps Austrasiae eorum studio limetem et regnum Francorum contra Vuinedus[8] utiliter definsasse[9] nuscuntur[10].

LXXVI. Cumque anno duodecemo regni Dagoberti eidem filius nomene Chlodoueos de Nanthilde regina natus fuissit[11], consilio Neustrasiorum eorumque admonicione per pactiones uincolum (f. 159, v°.) cum Sigybertum filium suum[12] firmasse dinuscetur[13]. Et Austrasiorum omnes primati ponteueces citirique[14] leudis Sigyberti manus eorum ponentes insuper sacramentis firmauerunt ut Neptreco et Burgundia soledato ordene ad regnum Chlodouiae[15] post Dagoberti discessum aspecerit[16]. Aoster uero idemque ordine soledato eo quod et de populo et de spacium terre esset quoaequans ad regnum Sigyberti idemque in integretate deberit aspecere, et quicquid ad regnum Aostrasiorum iam olem[17] pertenerat[18], hoc Sigybertus rex suae dicioni rigendum[19] recipere[20], et perpetuo dominandum haberit, excepto docato Dentilini quod ab Austrasius[21] iniquiter abtultus[22] fuerat, iterum ad Neustrasius subiungeretur, et Chlodoueo regimene subgiceretur. Sed has pacciones Austrasiae terrorem Dagoberti quoacti uellint nonlint[23] firmasse uisi sunt. Quod postea temporebus Sigyberti et Chlodouiae[24] regibus conseruatom fuisse constat.

LXXVII. Radulfus dux filius Chamaro, quem Dagobertus Toringia docem[25] instetuit[26], pluris uecibus[27] cum exercito Vuinedorum demicans eosque uictus uertit in fogam[28]. Vius superbiae (f. 160.) aelatus et contra Adalgyselum ducem diuersis occansionebus inimicicias tendens paulatem[29] contra Sigybertum iam tunc ciperat reuellare; sed ut dictum est sic agebat: Qui diligit rixas, meditatur discordias.

LXXVIII. Anno quarto decimo rigni[30] Dagoberti cum Vuascones forteter reuellarent et multas predas in regno Francorum quod Charibertus tenuerat facerint[31], Dagobertus de uniuersum regnum Burgundiae exercitum promouere iobet[32], statuens eis capud exercitus nomeni[33] Chadoindum referendarium, qui temporebus Theuderici

[1] pontificem [2] palacii [3] tensaurum [4] sufficeret [5] filio [6] sublimari [7] sigillatum [8] Vuinedos [9] defensasse [10] noscitur [11] fuisset [12] Sigyberto filio suo [13] dinoscetur [14] pontifici ceterique [15] Clodouei [16] aspicerent [17] olim [18] pertineret [19] regendum [20] reciperet [21] Austrasiis [22] abstultus [23] nollint [24] Chlodouei [25] ducem [26] instituit [27] uicibus [28] fugam [29] paulatim [30] regni [31] facerent [32] iubet [33] nomene.

quondam regis multis prilies[1] probatur strenuos; quod cum decem docis[2] cum exercetebus, id est Arinbertus, Amalgarius, Leudebertus, Vuandalmarus, Vualdericus, Ermeno, Barontus, Chairaardus ex genere Francorum, Chramnelenus ex genere Romano, Vuillibadus patricius genere Burgundionum, Aigyna genere Saxsonum, exceptis comitebus plurimis, qui docem[3] super se non habebant, in Vuasconia cum exercito perrixsissent, et totam Vuasconiae patriam ab exercito Burgundiae fuissit repleta,(f. 160, v°.) Vuascones de inter moncium rupes aegressi ad bellum properant. Cumque priliare[4] cepissint[5] ut eorum mus[6] est terga uertentes, dum cernerent se esse superandus in faucis uallium montebus Perenees[7] latebram, dantes se locis tutissemis[8] per rupis eiusdem moncium conlocantes laterarint. Exercitus pos tergum eorum cum ducibus insequens, pluremo nummero[9] captiuorum Vuascones[10] superatus[11] seo et ex his multetudinem interfectis, omnes domus eorum incinsis[12] paeculies et rebus expoliant[13]. Tandem Vuascones oppressi seo perdomiti ueniam et pacem subscriptis ducibus petentes, promittent[14] se gluriae[15] et conspectum Dagoberti regi presentaturus, et suae dicione traditi cumta[16] ab eodem iniuncta empleturus[17]. Feliciter haec exercitus absque ulla lesionem[18] ad patriam fuerunt repedati[19], si Arnebertum docem[20] maxime cum seniores et nobiliores[21] exercitus sui per neglienciam a Vuasconebus in ualle Subola non fuissit[22] interfectus. Exercitus uero Francorum qui de Burgundia in Vuasconia accesserat patrata uicturia redit ad propries sedebus[23]. (f. 161.) Dagobertus ad Clippiaco resedens mittit nuncius in Brittania que Brittanes male admiserant ueluciter[24] emendarint[25], et dicione suae se traderint[26]; alioquin exercitus Burgundiae qui in Vasconiam fuerat de presenti Brittanias[27] debuissint[28] inruere. Quod audiens Iudacaile rex Brittanorum corso ueluci[29] Clippiaco cum multis munerebus ad Dagobertum perrexit, ibique ueniam petens, cumta[30] que sui regnum Brittaniae pertenenentes leudebus Francorum inlecete[31] perpetrauerant, emendandum spondedit; et semper se et regnum quem regibat[32] Brittaniae subiectum dicione Dagoberti et Francorum regibus esse promisit. Sed tamen cum Dagobertum[33] ad minsam[34] nec

[1] preliis [2] ducibus [3] ducem [4] preliari [5] caepissent [6] mos [7] montibus Perennis [8] tutissimis [9] pluremum numerum [10] Vasconibus [11] superatus [12] incensis paeculiis [13] expoliauit [14] promittunt [15] gloriae [16] cuncta [17] impleturos [18] lesione [19] reuersi [20] ducem [21] senioribus et nobilioribus [22] fuisset [23] propria loca [24] uelociter [25] emendarent [26] traderent [27] in Brittanias [28] debuissent [29] curso ueloci [30] cuncta [31] Francorum que inlicite [32] regebat [33] Dagoberto [34] mensam.

ad prandium discumbere noluit, eo quod esset Iudechaile relegiosus et temens Deum ualde. Cumque Dagobertus resedisset ad prandium Iudacaile aegrediens de palacium ad mansionem Dadone referendario quem cognouerat sanctam relegionem sectantem accessit ad prandium, indique in crasteno Iudacaile rex Brittanorum Dagobertum ualedicens in Brittaniam repedauit. Condigne (f. 161, v°.) tamen a Dagoberto munerebus [1] honoratur. Anno quintodecimo regno Dagoberti Vuascones omnes seniores terre illius cum Aiginane duci [2] ad Dagobertum Clipiaco uenerunt, ibique in eclesia domni Dioninsis rigio [3] temore perterriti confugium fecerunt. Clemenciam Dagoberti uitam habent indultam, ibique sacramentis Vuascones firmantes [4] semul [5] et promittentes se omni tempore Dagoberto eiusque filies [6] regnumque [7] Francorum esse fedilis [8], quod more soleto sicut sepe fecirant [9] post haec proliauit [10] aeuentus. Permissum [11] Dagoberti Vuascones regressi sunt in terra Vuasconiae.

LXXVIIII. Anno sextodecemo regni sui Dagobertus profluuium [12] uentris Spinogelo uilla super Secona [13] fluuio nec procul a Parisius aegrotare cepit; exinde ad baseleca sancti Dionensis [14] a suis defertur. Post paucos dies cum suae uitae sentirit pericolum, AEgcnem [15] sub celeretate ad se uenire praecipit, reginam Nantildem et filium suum Chlodoueum eidem in mano [16] conmendans [17]: se iam discessurum senciens, consilium AEgane peragratum habens, quod cum eius instancia regnus [18] strenuae guber(f. 162.)nari possit. Hys gestis post paucus dies Dagobertus amisit spiritum sepultusque est in ecclesia sancti Dionensis [19] quam ipse prius condigne ex auro et gemmis et multis preciosissemis espetebus [20] ornauerat, et condigne in circoito [21] fabrecare preceperat, patrocinium ipsius precioso [22] expetens. Tante opes ab eodem et uillás et possessiones multas per plurema loca ibique sunt conlate, ut miraretur a plurimis. Sallencium ibidem ad instar monastiriae sanctorum Agauninsium instetuere [23] iusserat; sed facilletas abbatis Aigulfi eadem instetucionem [24] nuscetur refragasse. Post Dagoberti discessum filius suos Chlodoueos sub tenera aetate regnum patris adsciuit; omnes leudis de Neuster et Burgundia eumque Masolaco uilla sublimant in regno [25]. AEga uero cum rigina [26] Nantilde quem [27] Dagobertus reliquerat.

[1] muneribus [2] duce [3] regio [4] firmatis [5] simul [6] filiis [7] regnoque [8] essent fideles [9] ficerant [10] probauit [11] permisso [12] profluuio [13] Sicona [14] Dionisi [15] sentiret p., AEganem [16] manu [17] commendans [18] regnum [19] Dioninsi [20] especiebus [21] circoitu [22] preciosum [23] instituere [24] instetucione [25] regnum [26] regina [27] quam.

LXXX. Anno primo regni Chlodouiae[1] secundo et inmenente tercio eiusdem regni anno condigne palacium gobernat[2] et regnum. AEga uero inter citiris primatebus[3] Neustreci[4] prudencius agens et plenitudenem pacienciae inbutus cumtis[5] erat precellentior. Eratquae genere nobele opes[6] habundans, (f. 162, v°.) iusticiam sectans, aeruditus in uerbis, paratus in rispunsis[7]: tantummodo a plurimis blasphemabatur eo quod esset auariciae deditus. Facultatis pluremorum que iusso Dagoberti in regnum Burgundiae et Neptreco inlecete[8] fuerant usurpate et fisci dicionebus contra modum iusticiae redacte consilio AEgane omnibus restaurantur.

LXXXI. Eo anno Constantinus emperatur[9] moretur[10]. Constans filius eius sub tenera aetate consilio senato[11] emperio[12] sublimatur. Idem eius tempore grauissime a Sarracinis uastatur imperiom. Hierusolema[13] a Saracinis capta[14], ceterasque[15] ciuitates aeuersae, AEgyptus superiur[16] et inferior a Saracines[17] peruadetur. Alexandria capetur et praedatur. Afreca tota uastatur et a Saracines[17] possedetur. Paulolum ibique Gregorius patricius a Saracinis est interfectus. Constantinopolis tantum cum Traciana prouincia et paucis insolis etiam et Romana prouincia emperiae[18] dicione remanserat. Nam maxeme[19] totum emperium[20] a Saracines[21] graueter fuit adtritum: etiam et in postremum emperatur Constans constrictus (f. 163.) adque conpulsis[22] effectus est Saracinorum tributarius, ut uel Constantinopoles cum paucis prouincies[23] et insolis suae dicione[24] reseruaretur. Trebus annis circeter et[25] fertur adhuc amplius per unumquemque diem mille soledus auri aeraries[26] Saracinorum Constans emplebat[27]. Tandem resumtis uiribus Constans emperium aliquantisper recoperans[28] tributa Saracines emplendum[29] refutat. Quemadmodum haec factum fuissit aeuentum, anno in quo expletum est in ordene debeto referam et scribere non selebo[30], donec de his et alies optata[31] si permiserit Deus perficiam, uius[32] libelli cumta[33] mihi ex ueretate[34] cogneta[35] inseram.

LXXXII. Eo anno Sintela rex Espaniae qui Sisenando in regno successerat defunctus est. Vius filius nomini[36] Tulga sub tenera aetate Spanies[37] peticionem[38] patris sublimatur in regno. Gotorum gens inpaciens est quando super se fortem iogum[39] non habuerit. Vius Tulga-

[1] Chlodouei [2] gubernat [3] ceteros primatis [4] Neustree [5] cunctis [6] nobili opebus [7] respunsis [8] illicite [9] emperator [10] moritur [11] senatus [12] imperio [13] Hierusolima [14] capta est [15] cetereque [16] superior [17] Saracinis [18] imperii [19] maxime [20] imperium [21] Saracinis [22] conpulsus [23] prouinciis [24] dicioni [25] ut [26] aerariis [27] implebat [28] recuperans [29] implenda [30] silebo [31] optatis [32] huius [33] cuncta [34] ueritate [35] cognita [36] nomene [37] Spaniis [38] peticione [39] iugum.

nes aduliscensiam omnes[1] Spania more soleto uiciatur, diuersa conmittentes insolercia. Tandem unus ex primatis[2] nomini[3] Chyntasindus collictis plurimis senatorebus Gotorum, citerumque[4] populum regnum (f. 163, v°.) Spaniae sublimatur, Tulganem degradatum et ad onos clerecati tunsorare[5] fecit: cumque omnem regnum Spaniae suae dicione[6] firmassit[7], cognetus morbum[8] Gotorum quem de regebus degradandum[9] habebant, unde sepius cum ipsis in consilio fuerat, quoscumque ex eis uius[10] uiciae prumtum contra regibus[11] qui a regno expulsi fuerant cognouerat fuesse noxius, totus[12] sigillatem[13] iubit[14] interfici, aliusque exilio condemnare, eorumque uxoris et filias suis fedelebus[15] cum facultatebus[16] tradit[17]. Fertur de primatis[18] Gotorum hoc uicio[19] repremendo[20] ducentis[21] fuisse interfectis, de mediogrebus quingentis interfecere[22] iussit quoadusque hoc morbum Gotorum Chytasindus cognouissit[23] perdometum, non cessauit quos in suspicionem habebat gladio trucidare. Goti a uero Chyntasindo perdomiti nihil aduersus eodem[24] ausi sunt, ut de regebus consuaeuerant inire consilium. Chyntasindus cum esset plenus diaerum filium suum nomine Richysindum in omnem regnum Spaniae regem stabiliuit. Chyntasindus paenetentiam agens aelymosinam multa de rebus propries[25] faciens plenus senectutae fertur (f. 164.) nonagenarius moretur[26].

LXXXIII. Anno tercio regni Chlodouiae[27] AEga Clipiaco uilla uixatus[28] a febre moretur[29]. Ante paucis diaebus[30] Ermenfredus qui filiam AEgane uxorem acceperat Chainulfo comiti in Albiodero uico in mallo interfecit. Ob hanc rem grauissema stragis de suis rebus iussionem et permissum Nantilde a parentebus Ainulfi et populum pluremum fiaetur[31]. Ermenfredus in Auster Remus ad baselecam sancte Remediae[32] fecit confugium, ibique diebus plurimis hanc infestacionem deuitando et rigio temore residit[33].

LXXXIIII. Post discessum AEgane Erchynoaldus maior domus, qui consanguaeneus fuerat de genetrici Dagoberto, maior domi palacium Chlodouiae effecetur. Eratque homo paciens bonetate plenus, cum esset paciens et cautus humiletatem et benignam uoluntatem circa sacerdotibus,[34] omnebusque pacienter et benigne respondens, nullamque[35] tumens superbiam[36], neque cupeditatem saeuiaebat: tanta

[1] omnis [2] primatibus [3] nomene [4] ceterumque [5] tunsurare [6] dicioni [7] firmasset [8] more [9] degradandis [10] huius [11] reges [12] noxios totos [13] sigillate [14] iubet [15] fidelebus [16] facultatibus [17] tradedit [18] primatibus [19] uicium [20] reprimendo [21] ducentos-interfectos-quingentos [22] interficere [23] cognouisset [24] eundem [25] propriis [26] moritur [27] Chlodouei [28] uexatus [29] moritur [30] paucos diaes [31] interficitur [32] Remedii [33] regio t. resedit [34] sacerdotis [35] nullaque [36] superbia.

in suo tempore pacem sectans fuit, ut Deum esset placebelem [1]. Erat sapiens, sed in primum maxeme [2] cum simplecetate [3] rebus minsuratem [4] ditatus, ab omnibus erat dilectus. (f. 164, v°.) Igitur post discessum Dagoberti regi [5] quo ordine eiusdem tinsauri [6] inter filius [7] deuisi fuerant non obmittam, sed delucedato ordene [8] uius [9] uolumine inseri procurabo.

LXXXV. Cum Pippinus maior domi [10], post Dagoberti obetum et citiri [11] ducis Austrasiorum, qui usque in transito Dagoberti suae fuerant dicione [12] retenti, Sigybertum [13] unanemem [14] conspiracionem expetissint [15], Pippinus cum Chuniberto, sicut et prius amiciciae cultum in inuicem conlocati fuerant, et nuper sicut et prius amiciciam uehementer [16] se firmeter [17] perpetuo conseruandum oblegant, omnesque leudis Austrasiorum secum uterque prudenter et cum dulcedene [18] adtragentes eos benigne gobernantes, eorum amiciciam constringent [19], semperque seruandum [20]. Aegetur [21] discurrentebus legatis partem Sigiberti debetam [22] de tinsauris [23] Dagoberti Nantilde regine et Chlodoueo rigi [24] a Sigyberto requiretur quod reddendum placitus instetuaetur [25]. Chunibertus pontefex [26] urbis Coloniae et Pippinus maior domi [27] cum aliquibus (f. 165.) primatebus Austri [28] a Sigyberto dericti [29] uilla Conpendio usque perueniunt, ibique tinsaurum [30] Dagoberti Nantilde et Chlodoueo, instancia AEgane maiorem domus praesentatur iubente Nantilde et aequa lanciae [31] deuidetur [32]: terciam tamen partem de quod Dagobertus adquisiuerat Nantildis regina percepit. Chunibertus et Pippinus hoc tinsaurum [30] quod pars fuit Sigyberti Mettis facint [33] perducere; Sigyberto praesentatur, et discribetur. Post fertur anni circolo Pippinus moretur, nec parua dolore eiusdem transitus cumtis [34] generauit in Auster [35], eo quod ab ipsis pro iusticiae cultum et bonetatem eiusdem delictus [36] fuissit. Grimoaldus filius eius, cum essit strinuos [37] ad instar patris diligeretur a plurimis.

LXXXVI. Otto quidam filius Vrones domestici, qui baiolos Sigyberto ab adoliscenciam fuerat, contra Grimoaldo superbiam tomens [38] et zelum ducens eumque dispecere [39] conaretur. Grimoaldus cum Chuniberto pontefice se in amiciciam constringens ceperat cogitare quo ordine Otto de palacio aegiceretur et gradum patris Grimoaldus adsumeret.

[1] placibilem [2] maxime [3] simplicetate [4] mensurate [5] regis [6] tensauri [7] filios [8] ordine [9] huius [10] maior domus [11] citeri [12] dicioni [13] Sigyberto [14] unanimem [15] expetissent [16] uehimenter [17] firmiter [18] dulcedine [19] constringentes [20] seruandam [21] Igetur [22] debitam [23] tensauris [24] regi [25] instetuitur [26] pontifex [27] domus [28] Austrie [29] directi [30] tensaurum [31] lance [32] deuidetur [33] faciunt [34] cunctis [35] Austris [36] dilectus [37] strenuos [38] tumens [39] dispicere.

LXXXVII. Cumque anno octauo Sigybertus (f. 165, v°.) regnarit [1], Radulfus dux Toringiae uehementer contra Sigybertum reuellandum disposuissit [2], iusso [3] Sigyberti omnes leudis Austrasiorum in exercitum gradiendum banniti sunt. Sigybertus Renum cum exercito transiens gentes undique de uniuersis regni sui pagus [4] ultra Renum cum ipsum adunati sunt. Primo in loco Faram filio Chrodoaldo nomini qui cum Radulfo unitum habebat consilium, exercitus Sigyberti trucedans rupit, ipsoque [5] interfecit: omnem populum uius Fare qui gladium aeuasit, captiuetate depotant [6]. Omnes primati et exercitus dextras in inuicem dantes ut nullus Radulfo uitam concederet, sed haec promissio non sortitur effectum. Sigybertus deinde Buchoniam cum exercito transiens, Toringiam properans. Radulfus haec cernens castrum lignis monitum in quodam montem super Vnestrude fluuio in Toringia construens, exercitum undique quantum plus potuit collegens, cum uxorem [7] et liberis in hunc castrum ad se definsandum stabilibit: ibique Sigybertus cum exercitum regni sui (f. 166.) ueniens, castrum undique circumdat exercitus; Radulfus uero intrinsecus ad prilio [8] forteter praeparatus sedebat. Sed hoc prilio [9] sine consilio initum est. Haec adoliscencia Sigyberti regis patrauit cum aliae eodem diae uellint procedere ad bellum et aliae in crasteno, nec unitum habentes consilio. Grimoaldus et Adalgyselus ducis haec cernentes, Sigyberti pericolum zelantes, eum undique sine intermissione custudiunt. Bobo dux Auernus cum parte exercitus Adalgyseli, et AEnouales comex [10] Sogiontinsis cum paginsebus suis et citeri [11] exercitus manus plura, contra Radulfum ad portam castri protenus pugnandum perrexerunt. Radulfus cum aliquibus ducebus exercitus Sigyberti fiduciam haberit [12], quod super ipsum non uoluissent uiribus inruere de castrum per porta prorumpens, super exercitum Sigyberti cum suis inruens, tanta stragis [13] a Radulfo cum suis de exercito Sigyberti fiaetur [14], ut mirum fuissit. Magancinsis hoc prilio [15] non fuerunt fedelis [16]; fertur ibique plurima milia homenum fuisse gladio trucidati. Radulfus (f. 166, v°.) patrata uicturia in castrum ingredetur. Sigybertus cum suis fedelebus graue amaretudines merorem adreptus, super aequum sedens, lacremas oculis prorumpens, plangebat quos perdederat: nam et Bobo dux et Innouualles comex [17] citiri [18] nouilium fortissemi pugnatoris seo et plura manus exercitus Sigiberti re-

[1] regnaret [2] dispossuisset [3] iussu [4] pagis [5] ipsumque [6] deputant [7] uxoribus [8] prelium [9] prelium [10] AEnoaulaus comis [11] ceteri [12] haberet [13] stragis facta est a [14] fiaetur *exponctué*. [15] prelio [16] fidelis [17] Innouualaus comis [18] ceteri.

gi [1], qui cum ipsus in congressione certamen essunt [2] adgressi, conspiciente Sigyberto hoc prilio [3] fuerunt trucidati. Nam et Fredulfus domestecus, qui amicus Radulfo fuisse dicibatur, hoc prilio [3] occupuit. Sigybertus eadem nocte nec procul ab ipso castro in tenturies cum suos [4] mansit exercito. In crasteno uedentes [5] quod Radulfo nihil preualuissint missus [6] discurrentebus ut paceuete Renum aeterum [7] transmearint, cum Radulfo conuenenciam Sigybertus et eiusdem exercitus ad propries [8] sedebus remeantur [9]. Radulfus superbia aelatus ad modum regem se in Toringia esse cinsebat, amicicias cum Vuinidis firmans ceterasque gentes [10], quas uicinas habebat, cultum amiciciae oblegabat. In uerbis tamen Sigiberto rigimini [11] non denegans nam (f. 167.) in factis forteter eiusdem resistebat dominacionem.

LXXXVIII. Anno decimo regno Sigyberti Otto qui aduersus Grimoaldo [12] inimicicias per superbia tomebat [13] faccionem [14] Grimoaldo [15] a Leuthario duci [16] Alamannorum interfecetur. Gradus honoris maiorem domi [17] in palacio Sigyberti et omnem regnum Austrasiorum in mano Grimoaldo [18] confirmatum est uehementer.

LXXXVIIII. Anno quarto regni Chlodoueae [19] cumque Nantildis regina cum filio suo Chlodouio regi [20] post discessum AEganem Aurilianes in Burdiae [21] regnum uenissit, ibique omnes seniores, ponteueces [22], ducebus [23] et primatis [24] de regnum [25] Burgundiae ad se uinire precepit, ibique cumtus [26] Nantildis singillatem adtragens Flaogatum genere Francos maiorem domus in regnum Burgundiae aelectionem ponteuecum [27] et cumtis docebus [28] a Nantilde regina hoc gradum honores stabilitur neptemque suam nomini Ragnoberte Flaochadum [29] disponsauit: espunsalias has nessio qua factione fiuntur. Nam alium consilium secrete Flaochatus et Nantildis regina macenauant [30] quem [31] credetur non fuisse Deo placebelem [32], ideoque non mancepauit (f. 167, v°.) effectum. Cumque Erchynoaldus et Flaochadus maiores domi [33] inter se quasi unum inissint [34] consilium consencientes ab [35] inuicem hunc gradus honorem alterutrum solatium prebentes disponent habere feliceter. Flaochadus cumtis [36] ducibus de regnum Burgundiae seo et pontefecis [37] per epistolas etiam et sacra-

[1] regis [2] essent [3] prelio [4] suo [5] uidentes [6] missis [7] pacem serenam aeternam [8] proprias sedes [9] reuertuntur [10] gentibus [11] regimini [12] Grimaldum [13] tumebat [14] faccione [15] Grimaldi [16] duce [17] maioris domus [18] Grimaldo [19] Chlodouei [20] Chlodoueo rege [21] Burgundiae [22] pontifices [23] duces [24] primatibus *corr.* primatos [25] regno [26] cunctos [27] pontificum [28] cunctis ducebus [29] Flaochado [30] machinabant [31] quod [32] placibile [33] domus [34] inissent [35] ad [36] cunctis [37] pontificibus.

mentis firmauit, unicuique gradum honoris et dignetatem seo amiciciam perpetuo conseruarit[1]. Hanc dionetatem[2] sublimatus Flaochadis regnum Burgundiae peruagatur consilium adseduae iniens priorem inimiciciam qua cordis arcana dio celauerat memorans Villebadum patricium interfecere disponebat.

LXL. Vuillebadus cum esset opebus habundans et pluremorum facultates ingenies diuersis abstollens ditatus inclete[3] fuissit[4] et inter patriciatum gradum et nimiae facultates aelacionem superbiae esset deditus aduersus Flaochadum tumebat eumque despicere quonaretur[5]. Flaochadus collictis secum pontefecis[6] et ducibus de regnum[7] Burgundiae Cabilonno pro utiletate patriae tractandum minse madio placitum instituit, ibique et Vuillebadus multetudi- (f. 168.) nem secum habens aduenit. Flaochadus ibidem Vuillebado interfecere nitebatur. Haec cernens Vuillebadus palacium noluit introire. Flaochadus foris contra Vuillebadum preliandum adgreditur. Amalbertus uero germanus Flaochado ad pagandum intercurrens ubi iam in congressione certamene conflige[8] debuerant, Vuillebadus Amalberto secum retenens de hoc aeuasit pericolum. Intercurrentes et citiris persunis[9] separantur inlese. Flaochadus deinceps uehementem inibat consilium de interetum[10] Villebadi. Eo anno Nantildis regina moretur[11]. Ipsoque anno minse septembre[12] Flaochadus cum Chlodoueo regi et Erchynoaldo idemque maiorem domus et aliquibus primatebus Neustrasies de Parisiaco promouens per Senonas et Auticiodero Agustedunum accesserunt; ibique Chlodoueus Vuillibadum patricium ad se uenire precepit. Vuillibadus cernens inimicum consilium Flaochado et germano suo Amalberto, Amalgario et Chramneleno ducebus de suo intereto fuisse initum, colligens secum pluremam multetudinem de patriciatus sui termenum (f. 168, v°.) etiam et ponteuecis[13] seo nobelis et fortis quos congrecare potuerat Agustedunum gradiendum iter adrepuit[14]. Cui obuiam a Chlodoueo regi[15] Erchynoaldo maiorem domus et Flaochado Ermenricus domesticus dirigetur, eo quod Vuillebadus trepedabat utrum peracederit[16] an suum deuitandum periculo[17] repedarit ut ab Ermenrici promissionebus preuentus usque adgrederit Agustedunum, quem ille credens condigne munerebus honorauit.

[1] conseruaret [2] diuetatem [3] inclite [4] fuisset [5] quonabat [6] collectis secum pontificibus [7] regno [8] confligi [9] ceteris personis [10] interitu [11] moritur [12] mense septembrio [13] termeno-pontificibus [14] adripuit [15] rege [16] peracederet [17] deuitando periculum.

Post tergum eius Agustedunum accessit, ibique tenturia cum sui nec procul ab urbe posuit. Eodemque diae quo ibidem peraccesserat Ailulfo Valenciae urbis episcopo et Gysone comite ad preuedendum que agebantur Agustedunum dirixerat, qui a Flaochado in urbe retenti sunt. In crasteno Flaochadus, Amalgarius et Chramnelenus qui consilium de interetum Villebadi unanemeter [1] conspirauerant de urbem [2] Agustedunum maturius promouentis citirique docis [3] de regnum [4] Burgundiae cum exerceto eis subiunguntur. Erchynoaldus cum Neustrasius quos secum habebat idemque arma su(f. 169.)mens ab hoc bellum adgreditur. Vuillebadus ae contra tela priliae [5] construens quoscumque potuit adunare falangis uterque in congressione certamenes iungent ad prilium [6]: in ea pugna Flaochadus, Amalgarius et Chramnelenus idemque Vuandelbertus ducis cum suis in congressione certamenis contra Vuillebado pugnandum confligunt. Nam citiri ducis uel Neustrasiae qui undique eodem debuerant circumdare se retenentes aspiciaebant spectantes aeuentum super Vuillebadum noluerunt inruere ; ibique Vuillebadus interfecetur : plurimi cum ipso de suis gladio trucedantur. Eo certamine citiris primus Bertharius comis palatii, Francus de pago Vltraiorano contra Vuillebado confligit. Aduersus quem frendens Manaulfus Burgundio exiens de inter citiris cum suis aduersus Bertharium priliandum [7]; Bertharius eo quod prius illi amicus fuissit [8] dicens : « Veni sub clepeum meum, de hoc periculo te liberabo. » Cumque ad eum liberandum clepeum aeleuassit Manaulfus cum conto Bertharium (f. 169, v°.) in pectore percuciens citiri qui cum eum uenerant ipsumque circumdantes eo quod Bertharius nimium reliquis precessisset uolneratur [9] graueter. Tunc Chaubedo filius Berthario cernens patrem in pericolum mortis curso uelucissemo patri auxiliandum perrexit. Manaulfo conto percusso in pectore terra prostrauit ; citiris qui patri percusserant totusque interfecit. Sic Bertharium suum genetorem ut fedelis [10] filius prestante Domino liberabit a morte. Hy uero docis [11] qui cum eorum exercito [12] super Villebado [13] inruere noluerant tinturia Vuillebadi, episcoporum et citerorum qui cum eum uenerant depredandum, pluretas inibi auri et argenti capetur [14] : reliquisque rebus et aequetis (f. 170.) ab hys qui priliare [15] noluerunt

[1] unanimiter [2] urbe [3] ceterique ducis [4] regno [5] prelia [6] prelium [7] preliandum [8] fuisset [9] uulneratur [10] fidelis [11] ducis [12] exercitu [13] Vuillebadum [14] capitur [15] preliare.

percepti sunt. His ita gestis Flaochadus in crasteno de Agostedunum promouens Cabilonno perrexit. Ingressus in urbe in crastenum urbi nessio quo caso maxeme [1] tota [2] incendio concrematur. Flaochadus iudicio Dei percussus, uixatus [3] a febre, conlocatur in scaua aeuicto nauale per Ararem fluuio quoinomento [4] Saoconna Latona properans in aetenere undecemo diae post Vuillebadi interetum amisit spiritum sepultusque est in ecclesia sancti Benigni suburbano Diuioninse. Credetur a plurimis hy duo Flaochadus et Vuillebadus eo quod multa in inuicem per loca sanctorum de amicicias oblegandum sacramenta dedirant, et uterque in populis sibi subgectis copeditates instincto iniqui oppresserunt, semul [5] et a rebus nudauerunt quod iudicius [6] Dei de eorum oppressione plurema multetudine liberassit [7] et eorum perfedia et mendacia eos uterque interire fecissit [8].

[1] maxime [2] totam [3] uexatus [4] fluuium quognomento [5] simul [6] iudicium [7] liberasset [8] fecisset.

# VI

## IN NOMINE SANCTAE TRINITATIS INCIPIT LIBER III KPωNNKωPωM SANCTI ESIDORI EPISCOPI.

(f. 170, v°.) Primus ex historicis Iulius Africanus sub imperatore Marco Aurilio Antonio simpli [1] storiae stilo licuit, deinde Eusebius Caesariensis atque sanctae memoriae Hyeronimus cronicorum canonum multiplicem edederunt historiam regni [2] simul ac temporibus, ordenatum. Post hos alii atque alii, inter quos precipue Victor, Tononensis ecclesiae episcopus, recensitis praedictorum hystoriis, gesta sequentium aetatum usque ad consolatum Iustini iuniores expleuit. Horum nus temporum summa ab exordio mundi usque ad Agusti Haeracli uel Sisibodi regis princepatum [3] quanta potuemus [4] breuitate notauimus, adicientes e latere discendentem lineam temporum cuius iudicio summa preteriti cicli cognuscatur. Explicit praefacio.

## INCIPIT LIBER CHRONICORVM.

Sex diebus rerum creaturarum Deus formauit.

I. Primum diem condedit lucem.

II. Secundo firmamentum caeli.

III. Speciem maris et terrae.

IIII. Quarto sidera.

V. Pisces et uolucres.

VI. Bisteas [5] atque iumenta. (f. 171.) Nouissime ad similitudinem suam hominem primum.

CCXXX. Adam ann. ccxxx genuet Seth, qui pro Abel natus est, interpraetaturque resurrectio quia in ipsum [6] resuscitatum est semen iustum quod est stirpes [7] filiorum Dei.

[1] simplici [2] regnis [3] principatum [4] potuimus [5] besteas [6] ipso [7] stirps.

CCCCXXXV. Seth ann. ccv genuit Enos qui primus caepit inuocare nomen Domini.

Enos ann. cxc genuit Cainan cuius nomen interpraetatur natura Dei.

DCXXV. Cainan ann. clxx genuit Malalihel, cus nomen dicitur plantatio Dei.

DCCXC. Malalihel ann. clxv genuit Iared qui interpretatur.

ĪCXXII. Iared ann. clxv genuit Enoch qui translatus est a Deo quique etiam nonnulla scripsisse refertur sed ab antiquitate suspecti fidei a patribus refutata sunt.

ĪCCLXXXVII. Enoch ann. clxv genuit Matusalam qui iuxta ann. seriem uixisse xiiii ann. post diluuium reperitur. Propterea eum nonnulli cum patre suo Enoch qui translatus fuerat aliquantum fuisse donec diluuium praeteriret falsa opinione existemant. Ac generacionem concupuerunt filii Dei filias hominum.

ĪCCCLIIII. Matusalam ann. clxvii genuet Lamech. Haec generatione gygantes nati sunt. Haec quoque aetate Iubal ex genere Cain artem musicam repperit cuius etiam frater Tubal(f. 171, v°.)cain aeris ferrique inuentor fuit.

ĪDCXLVII. Lamech ann. clxxviii genuit Noe, cuius diuino oraculo arca aedeficare iubetur anno aetatis suae quingentisimo. His temporibus, ut refert Ioseppus, scientes illi homines quod aut igne aut aquis perire poterant, in duabus columnis ex latere et lapide factis studia sua conscripserunt, ne deberentur memoria quae sapienter inuenerant, quarum lapso ea columna fertur diluuium euasisse et actenus in Syria permanere.

ĪĪCCXLII. Noe ann. dc factum legitur diluuium, cuius arcam Ioseppus sedisse refert in montem Srminiae [1] qui uocantur [2] Ararat.

ĪĪCCXLIII. Fuerunt autem Noe filii tres, et quibus lxxii gentes sunt ortae, id est xv de Iasepth [3], xxx de Cain [4], xxvii de Sem.

ĪĪCCXLIII. Sem ann. ii post diluuium genuit Arfaxat a quo Chaldaei.

ĪĪCCCLXXVIIII. Arfaxat ann. clxxxv genuit Salam a quo antiqui Samaritiae vel Indii.

ĪĪDCXLIII. Sala ann. cxxx genuit Heber a quo Hebrei nuncupati sunt.

Heber ann. cxxxiii genuit Falec, cuius temporis turris aedificata

[1] monte Arminiae [2] uocatur [3] Iapeth [4] Cam.

est factaque linguarum diuisio. Huius turris altitudo v milia centum LXXIIII tenere passuum, paulatim (f. 172.) a latioribus [1] in angustiis coartata ut pondus inminens facilius sustentaret. Discribunt ibi templa marmoria lapidibus praeciosis auroque distincta et multa alia que uidentur incredibilia. Hanc turrem Nebroth gygans construxit, qui post confusionem linguarum migrauit inde ad Persas eosque ignem colere redocuit [2].

IIDCCLXXIII. Falech ann. CXXX genuit Ragau. His temporibus primum templa constructa sunt et quidam principes gentium tamquam dii adorare [3] coeperunt.

IIDCCCCV. Ragau ann. CXXXIII genuit Seruc, sub quo Scitarum regnum exortum est, ubi primus regnauit Thanus.

IIIXXXV. Seruc ann. CXXX genuit Naor. AEgyptiorum regnum sumpsit principium, ubi primus regnauit Zoes.

IIICXVIII. Naor ann. LXXVIII genuit Tara, sub quo regnum Assyriorum Sicinorumque exoritur. Sed primus in Assiriis regnauit Belus, quem quidam Saturnum exaestimant [4]: primusque in Sicilia Agialeus a quo Agialea nuncupata est, quae actenus Peloponensis uocatur.

IIICLXXXIIII. Taram ann. LXX genuit Abraham; sub quo Zoroastres magiae [5] inuentur artis, a Nino regi occidetur, (f. 172, v°.) murique Babylloniae a Sameramidae regina Assiriorum aedifecantur [6].

IIICCLXXXIIII. Tertia mundi aetas. Abraham ann. C genuit Isaac ex Sarra libera, nam primum ex ancilla Agar genuerat Ismahel a quo Hismahelitarum genus, qui postea Agareni, ad ultimum Saracini sunt dicti.

IIICCCXLIII. Isaac ann. LX genuit geminos, quorum primus Esau a quo Idomei, secundus Iacob, qui cognominatus est Israel, a quo et Israhelitae sunt nuncupati. Hoc tempore regnum Graecorum inchoat, noua error gentium, ubi primus regnauit Inarcus, cuius filius fuit Foroneus rex qui primus in Grecia legis iudiciaque conscripsit. His temporibus, apud lacum Tritonidem Minerua in speciae uirginali apparuisse discribitur.

IIICCCCXXXIIII. Iacob ann. LXL genuit Ioseph. Temporibus Sirapsis [7] Iouis filius AEgyptiorum rex moriens in deos transfertur et Memphis ciuitas in AEgypto conditur.

IIIDXLIIII. Ioseph ann. LXL. Hoc tempore Grecia Argo regnante habere segites coepit delatis aliunde seminibus.

[1] alcioribus. [2] docuit [3] adorari [4] existimant [5] artes magiae [6] aedificantur [7] Sirappis

IIIDCLXXXVIII. Hebreorum seruitutis [1] in AEgypto ann. CXLIIII. His temporibus Prometheus fuisse (f. 173.) scribitur quem fingunt fabolae de luto formasse homenes [2]. Tunc etiam frater eius Athas [3] magnus est astrologus habitus, Mercuriusque nepus Athlantis multarum artium peritus et hoc post mortem in deos translatus. Haec aetiam aetatem primus Praeciclus quadrigam iuncxit, eodemque tempore Cecrobs Athenas condedit et ex nomnae Menerue Athiniensis [4] uocauit. Iste etiam bouem immolans primus in sacrificio Iouem gesta gentium adorare praecepit. Tunc primi Corites et Coribantes modulatam in armis saltationem et consonam inuenerunt. Tunc etiam fuisse scribitur in Tessalia sub Diocallionem factum diluuium et fabulosum Fecundis incendium.

IIIDCCXXVIII. Moyses ann. XL in heremo rexit populum de seruitute AEgypcia liberatum. Hoc tempore Iudaei per Moysen simul cum lege et litteras habere coeperunt. Tunc templum Delfis construitur, Lacedemon condetur, uitis in Grecia inuenitur.

IIIDCCLV. Iosuae successor Moyse rexit populum ann. XXVII. His temporibus primus (f. 173, v°.) Erectonius [5] Atheniensium princeps in Grecia quadrigam iuncxit.

IIIDCCLXLV. Gothonihel ann. XL. Cadmos regnat Thebis qui primus Grecas litteras adinuenit. Per idem tempus primi Clinus et Anfion apud Grecos in musica arte clarunt [6]. Ideique Dactali ferrum eo tempore inuenerunt.

IIIDCCCLXXV. Aoth ann. LXXX. His temporibus fabulae facte sunt de Treptolemo, quod iubenti cernere serpentium pinnis gestatus indigentibus frumenta uolanda distribuerit; de Ypocentauris, quod aequorum hominumque fuerint natura permixti; de creuerat mente inferorum cane [7]; de Frixo et Ille sorore sua, quod ariete uecte per aerem uolauerint [8]; de Gorgone meretricem [9], quod crinita serpentibus fuerit et aspicientes conuertebat in lapides; de Bellorofonte, quod equo pinnis uolantes sit uictus [10]; de Amfinione, quod citharae suauitate cantu lapides et saxa commoueret [11].

IIIDCCCCXII. Debbora ann. XL. Per idem tempus Apollo medecinae artem inuenit. Fabula quoque tunc ficta est de fabro Didalo et eius Iacoro filio quod coaptatis sibi pinnis uolauerint. Hac itaque primus regnat Latinis Picus qui fertur fuisse Saturni filius.

[1] seruitus [2] homines [3] Athlans [4] Minerue Athianensis [5] Erictonius [6] clarescunt [7] de ceruero infernorum cane quem fingunt trea capita habuisse; [8] uolauerent [9] meretrice [10] uolante sic uectus [11] commouerit.

$\overline{III}$DCCCCLV. Gedeon ann. XL. (f. 174.) Vrbs Tyria construitur; Orfeus, Traxi Linusque magister Erculis artis musicae inuentoris clari habentur. Argonautarum nauigatio scribitur.

$\overline{III}$DCCCCLXIII. Abimelech ann. III; iste LXX fratres suos interfecit.

$\overline{III}$DCCCCLXXXVI. Tola ann. XXIII. Hius temporibus in Troia post Laumendontem regnauit Priamus. Tunc fabula ficta est de Menotauro bestia Laberento [1] inclusa.

$\overline{IIII}$III. Iair ann. XXII. Per haec tempora Herculus agonem Olimpiacum constituit atque in Libia Anteium occidit.

$\overline{IIII}$VIIII. Iepthe ann. VI. Huius tempore Herculis quinquagensimum secundum annum agens ob morui dolorem sese flammis iniecit. Per idem tempus Alexander Helenam rapuit, Troianum bellum decennale surrexit.

$\overline{IIII}$XV. Abessa ann. VII. Amazones arma sumpserunt.

$\overline{IIII}$XXVI. Achilon ann. dece x.

$\overline{IIII}$XXXIII. Abdonan ann. VIII; cuius ann. III Troia capta est, et Ineas [2] Italiam uenit. Ac aetate Carmitis [3] nimfa latinas litteras repperit.

$\overline{IIII}$XLIIII. Samson. Arcanius Aene [4] filius Albam condedit. Vlixis [5] quoque fabolae uel serenorum eodem tempore fictae sunt.

$\overline{IIII}$LXXXIIII. Samuhel et Saul ann. XL. Lacedaemoniorum regnum exoritur atque Omerus fuisse potatur. (f. 174, v°.)

$\overline{IIII}$CXXIIII. Dauid ann. XL. Codrus sponte se offerens quare hospitibus interimitur. Cartago a Didone tamus aedificatur prophetantibus in Iudea diueta Sad, Natham et Asaph.

$\overline{IIII}$CLXIIII. Salomon ann. XL. Iste secundo quarto regni sui anno templum Hierusolimis aedificauit, consummauitque annis VIII [6].

$\overline{IIII}$CLXXX. Roboam ann. XVII; sub quo decem tribus a duabus separati sunt et regis in Samariam habere coeperunt. Ac aetate Samos conditur. Sibella Eritria inlustris habetur.

$\overline{IIII}$CLXXXXIII. Abia ann. III; sub quo Hebreorum pontefex [7] maximus Abimelech insignis est habitus.

$\overline{IIII}$CCXXV. Asapth ann. XLI; prophetabant in Iudea Azias [8], Helias.

$\overline{IIII}$CCL. Iosapath ann. XXV; prophetabant Helias et Heliseus, Abdias, Azarias et Michias [9].

$\overline{IIII}$CCLVIIII. Ioram ann. VIII; prophetabant Elias, et Heliseus et Abdias.

Ocozices [10] regnauit ann. I. Helias rapitur.

1 Laberinto 2 Enias 3 Carmentis 4 Aenie 5 Vlixis 6 anno VIII° 7 pontifex 8 Ozias 9 Micheas 10 Ocozies.

IIIICCLXVI. Athalia[1] ann. vii. Ionadab filius Rechab sacerdus clarus habetur et Ioaide pontefex qui solus post Moysen uixisse ann. cxxx perhibetur.

IIIICCCVI. Ioas ann. xl. Zacharias propheta interficetur et Heliseus moritur. Ligurgos quoque legislatur Apollinis insinis[2] habetur.

IIIICCCXXXV. Amasias ann. xxviiii.

Ozias ann. li. Sarnapallus rex incendio concrematur, Assiriorum quoque regnum in Medis transfertur. Tunc (f. 175.) Esiodus poeta claruit atque Fidon Argiuus[3] mensurare pondera repperit. Per idem tempus olimpias prima a Grecis construitur; Osee, Amos, Esaiam et Ionam in Iudea prophetantibus.

IIIICCCCIII. Ioathan ann. xvi. Rem[4] Romolusque nascuntur; prophetantibus in Iudea Osee et Iohel, Esaia et Michias.

IIIICCCCXVIIII. Aehaz ann. xvi. Hius temporibus Romolus Romam condedit, et Sennacheribus Assiriorum rex decem tribus in Medis transtulit, atque in Iudea Samaritas pro acculas[5] misit.

IIIICCCCXLVIII. Ezechias ann. xxviiii; sub quo prophetabant Esaias et Osee. Hoc tempore Romolus primus milites ex populo sumpsit centumque a populo nobelissemo[6] uiros elegit, qui ob aetatatem senatores, ob curam ac sollicitudinem rei publicae patres uocati sunt.

Mannases ann. lv. Per idum tempus Romanis praefuit Numa Pompilius[7] qui primus Vestales uirginis instituit duosque mensis Ianuarium et Februarium decem mensibus anni adiecit. Tunc quoque sibilla Sami[8] claruit.

Ammon ann. xii. Huius temporibus Tullius Hostilis prior in republica censum egit, primusque purpura et fascibus usus est.

Ioasias[9] ann. xxii. Tales Milesius primus fisecus clarus habetur; prophetantibus in Iudea (f. 175, v°.) Hierimia, Olda et Suffonia.

IIIIDXLVIII. Ioachim ann. xi. Huius tercio anno Nabagodonosor Iudaeam captam tributariam fecit. Tunc Danihel, Ananias, Azarias et Misahel in Babyllone claruerunt.

IIIIDLVIIII. Sedechias ann. xi. Hunc rex Babylloniae secundo ueniens ad[10] Hierusalem cum populum[11] captiuum duxit, templum incensum annus[12] aedificacionis suae ccccliiii. Per idem tempus Sappho mulier in diuerso poemate claruit. Solon legis Atheniensibus dedit.

IIIIDCXXVIIII. Hebreorum captiuitas ann. lxx, in quibus ignis ab

[1] Otholia [2] insignis [3] Fidon Argius [4] Remolus [5] acculis [6] nobelissemos [7] Pampilius [8] Samia [9] Iosias [10] ab [11] populo [12] anno.

altario sublatus et abscondetus [1] in puteo post lxx regressionis anno adsumitur iuuentus uiuus. Per idem captiuitatis tempus Iudith istoriam [2] conscribitur. Pithazoras [3] quoque phylosophus et arithmedici [4] artis inuentor clarus habetur.

IIIIDCLXIII. Darius ann. xxxiiii. Hius secundo anno Iudaeorum est resoluta captiuitas, a quo tempore non regis sed princepis [5] fuerunt usque ad Aristofilum. Tunc Romani pulsis regibus consoles habere coeperunt.

IIIIDCLXXXIII. Xersis ann. xx. Escilius, Pindarus, Sophocles et Euripides tragoediarum scriptores celebrantur insignis [6]; Herodotus quoque historiarum (f. 176.) scriptorese Zeusis agnuscitur pictur [7].

IIIIDCCXXIII. Artarexerxes qui et Longimanus ann. xl. Eo regnante Esdras sacerdos legem renouauit, Neemias murus [8] Hyerusolimorum restituit. Aristarcus etiam et Aristofanis atque Sofocles tracoediarum scriptores habiti sunt. Hyppocratis quoque medicus ac Socratis phylosophus et Domocritus claruerunt.

IIIIDCCXLII. Darius qui Nutus ann. xviiii. Plato nascitur.

IIIIDCCLXXXII. Artarexerxes ann. xl. Huius tempore Haester historia docetur expleta. Palato quoque et Xenofon necnon et alii Socratici insignis habentur.

IIIIDCCCVIII. Artarxerxes qui et Hochus ann. xxvi. Mostenus orator agnuscetur. Aristotelis philosopus praedicator. Plato moritur.

IIIIDCCCXII. Exerxis Ozie filius ann. iiii. Exenocratis phylosopus inlustris habetur.

IIIIDCCCXVIII. Darius ann. vi. Alexander Illirius et Traces superans dehinc Hierusolimam capit atque templum ingressus Deo hostias immolauit. Hucusque Persarum regnum stetit. Dehinc regis Gregorum.

IIIIDCCCXXIII. Alexander Macedo ann. v; huius enim quinti anni postremi in ordine numerantur quibus monachi ac urbis obtenuit, nam septe eius priores (f. 176, v°.) in Persarum regibus suppotantur. Dehinc Alexandriae regis incipiunt.

IIIIDCCCLXIII. Ptolomeus Largi filius ann. xl; hic Iudeam capiens plurimus Hebreorum in AEgypto transtulit. Hoc tempore Zenon stoicus et Menander comicus, Theuphrastes phylosophi claruerunt. Per idem tempus Machabeorum liber inchoat primus.

[1] absconditus [2] istoria [3] Pithagoras [4] Arith medicine [5] reges sed principes [6] insignes [7] pictor [8] muros.

IIIIDCCCCI. Ptholomeus Filadelfus ann. xxxviii; hic Iudeos qui in AEgipto erant absoluit, et uasa sancta Eliazaro pontefice restituens, lxx interpraetes petiuit, hac diuinas scripturas in grecum aeloquium transtulit. Per idem tempus AEracus austrologus agnuscitur atque argentei prumum Romae constituuntur.

IIIIDCCCCXXVIII. Ptholomeus Euergitis ann. xxvii. Sub quo Iesus filius Sirath sapienciae librum conposuit.

IIIIDCCCCXLIIII. Tholomeus Phylosopatur ann. xviii; ab isto Iudaei proeli[1] uicti lxx armatorum conruerunt, Siciliamque Marcellus consol obtenuit.

IIIIDCCCCLXXI. Ptholomeus Epifanes ann. xxvii. Huius tempore gesta sunt quaeque secundi libri Machabeorum historia contenit. Hac aetate poeta Ennius caelebratur.

VVI. Ptholomeus Phyromiter ann. xxxv; hunc Antiocus proelio superans (f. 177.) Iudaeos uaria calamitate oppraessit. Per idem tempus Schipio Africam uicit.

VXXX. Ptholomeus Euergetes ann. xxiiii. Hoc tempore per consolem Brutum Spania a Romanis obtenta est.

